

finitam penam non potest habere intentione. sal-  
tem infinitam duracione. **E**t sicut voluntas post  
mortem malo adheret sine penitentie susceptione.  
sic deus semper affliget sine sentencie mutatione.  
**P**unientur nichilominus pena acerba secundum  
q̄ dordinatio in peccato sunt libidinosa. **D**electa-  
tio enim libidinosa puniri debet q̄ penam afflic-  
tiuam. et quia peccatoris creaturis delectabilitur  
adheserunt et creatorem contumaciter contemple-  
runt. ideo precipitabuntur in locum infimum et  
maxime a statu glorie longinquum. scilicet in pro-  
fundissimum infernum ubi exponentur affligendi  
in fine nature. scilicet secibus corporum munda-  
norum igne sumoso et sulphureo concremandi et  
in illo inseparabiliter alligandi et ab eodem sed in  
exigentiam meriti eternaliter cruciandi nunquā  
ramen sunt substancialiter consumendi. **E**t sic pa-  
ret q̄ in penis damnatorum erit varietas cum va-  
riitate eternitas. et cum eternitate acerbitas.

**T**ertia pars quinquaginta septē  
habet sectiones. et est prima de eo  
quod est frui et uti;

**D**acto de malo culpe qđ est fugiendum. et de  
malo qđ est timendū. videndū est de bono et  
hoc duplicitū. Primo sub rōne meriti in viatorib⁹

Secundo sub ratione premij in comprehensoribus  
Ad meritum viatorum spectat cognoscere et discernere  
triplex bonum. scz bonum increatum quod deus est.  
bonum procreatum quod est mundus. bonum coniuga-  
tum quod est xps. Deus est creator. mundus est crea-  
tura. xps est creator et creatura. Deo est fruendum.  
mundo utendum. xpi dei felicitate est fruendum.  
xpi hominis conformitate est utendum. Sunt autem  
res quibus est fruendum ut increare. sunt quibus  
est utendum ut procreare. sunt qui fruuntur et vi-  
tunt ut homines et angeli. Non quibus fruendum  
est faciunt ut deos atos. Non quibus est utendum ad  
beatitudinem adiuuant viatores. Non que utitur  
huius christum deum et hominem ut contemplans de-  
lectabiliter eius diuinitatem. et eius imitentur exem-  
plariter humanitatem. Diuinitas xpi maxime beatifi-  
cat angelos et homines comprehensores. Humanitas  
vero maxime edificat viatores. Et autem frui  
alicui rei amore inherere propter seipsum. Vti ve-  
ro est id quod in usum venerit referre ad optineanduz  
id quo fruendum est. Item cognitis fruimur in  
quibus voluntatis propter se delectata coquiescit. Vti  
mire vero eis que ad illud referimus quo fruen-  
dum est. Alter dicit Augustinus. Vti inquit est  
assumere aliiquid in facultatem voluntatis. Fru-  
tem est vti cum gaudio non adhuc spei sed iam rei.  
Videndum est igitur de his et primo de deo trino

et uno Secundo de mundo ex triplici creature cōstituto. Tertio de xpristo et eius triplici beneficī o. scilicet doctrina sive sacra scriptura. De gracia virtutum et medicina sacramentali.

**Q**uid de deo trino et uno credendū intelligendum. et exprimendum est  
**lectio. v.**

**D**Edeo trino et uno credere intelligere et exp̄ primere debemus. primo q̄ in diuinis ē una natura et tres p̄sonae. pater. filius et spiritus sanctus. Quarum prima a nulla. scđa a prima. tercia ab utraq. ita q̄ personarum trinitas non preinducat unitati nec econuerso. Habeamus quoq; ibi intelligere duas esse emanaciones. una per modum nature qua gignitur filius. secunda per modum voluntatis qua spiratur spiritus sanctus. Tres sunt ypostases. una patris. alia filij. alia spiritus sancti. Quatuor sunt relationes. scilicet paternitas. filiatio. communis spiracio. et processio. Quinq; sunt notiones. scilicet predicte quatuor. innascibilitas est quinta. ita q̄ innascibilitas priuatiue et paternitas positivue sunt due patris notiones. Filiatio est notio filij. Spiratio actiuua communis est patri et filio. processio ē notio sp̄us sc̄i. Tres sunt p̄petrates ysonales sic exp̄sse. sc̄z pat et

filius et spiritus sanctus. **H**abemus misterium etiam trinitatis exprimere per duos predicandi modos. scilicet per modum substantie et relationis. omnia predicamenta de eo transierunt in substantiam deuptam ratione ratione subjecti in quo est transit in substantiam ne faciat compositionem. ratione vero immixti ad quem est manet ut faciat distinctivum secundum tres modos supponendi. scilicet secundum modum essentie rationis et persona. de quibus datur regula quod essentia supposita non supponit notio vel persona et supposita notione non supponitur essentia aut persona. **E**t supposita persona non supponitur essentia nec notio. **E**t secundum modos quatuor significandi substantiam. scilicet notie essentie. substantie. postasie et persona horum quatuor exempla sunt in creaturis videlicet humanitas quod essentia. homo que substantiam. aliquis homo qui significat postasie sive suppositum. petrus qui personam secundum quinque modos dicendi aut querendi. scilicet per quis qui que quod et quid. **Q**uis ratione persona. qui ratione postasie. quod ratione notio. quod ratione substantie. quid sive quo ratione essentie. **S**ecundum tres modos differendi. scilicet secundum modum differentem existendi sive emanandi sicut differit persona. secundum differentem modum se habendi. sicut differit persona et essentia. quia persona una reficit ad aliam. sed esse non reficitur. secundum modum intelligendi. sicut

differt una propria tia  
notia. sapientia.  
**C**onsiderat  
memoria  
affectionis  
**D**uo trino et uno in  
tribus infinitus. i  
dicitur tamen si per terminos  
habet infinitum. ita quod in  
duo illis. quantum ab ra  
tionali per extensionem. pon  
atur quod extra divisionem  
notie. per duplum distare d  
icitur contra infinitum di  
videtur. et hoc est taliter. illi non  
habet. Dicitur tamen habim  
ur. sicut per generationem. q  
habet ad suum enduentem ei  
nrum haberi a nobis. et  
nobis dicitur habitari. q  
quatum ad gloriam. et ratio  
natum membrorum quoniam  
unius fidei et equitate. S  
apientia. In quantum dif  
ficitur autem apparentia  
intelligibilis. sicut spiritus  
alio super ipsius etiam

differet una proprietas substancialis ab alia ut bo  
nitas. sapientia.

Qualiter deus trinus et unus  
manifestat seipsum in creature  
effectibus. ij.

**D**e deo trino et uno tenendum q̄ sit incommu  
tabilis. insensibilis. incircumscripibilis.  
Reddit tamen se p̄ creaturas et effectus earum no  
bis agnosibilem. ita q̄ in creaturis oībus dicitur  
deus esse. quantum ad naturam et hoc tripliciter  
scilicet per essenciam. potentiam. et penitentiam.  
ita q̄ extra diuinę essencię immensitatem nichil  
mane. p̄tr̄ limpitudinem diuine presencie nichil  
latet. contra infinitatem diuine potencie nichil  
valet. et sic et taliter esse competit beatissime tri  
nitati. Dicitur tamen habitare in iustis speciali  
ter. scilicet per gratiam q̄ est effectus trinitatis  
beate ad deum reducens et faciens nos habere deū  
et deum haberi a nobis: ac p̄ hoc deus trinitas in  
nobis dicitur habitare. dicitur sedere in beatis  
quātum ad gloriam: ratione cuius deus trinus in  
beatorum mentibus quietatur. In quorum potes  
tatiua sedet ut equitas. In quorum cognitiua lus  
tet veritas. In quorum affectiuā ardet ut caritas.  
Dicitur autem apparere sensibiliter cum expressa  
significatione. sicut sp̄ritus sanctus in specie co  
lumbe super christum et lingue super apostolos

**E**t q̄ p̄sonae sunt distincte possunt distinctis signi  
ficari signis vel tres simul - sicut trinitas apparet  
abrahe in tribus angelis. vel due tantum et quelli  
bet sigillatim dicitur descendere de celis et hoc cū  
effectus tā spiritualis q̄ sensibilis inchoacōne. qui  
quāvis immutabilis in se p̄seueret tñ de absente  
dicitur nobis fieri presens quando in nobis inci-  
pit habitare p̄ donum gratuitum qđ nunc nō vide-  
mus. sicut olim in ecclesia prima. **D**icitur mittere  
sue mitti cum eterna p̄ductione. pater siquidem  
mittit filium quando insinuat q̄ procedit ab ipso  
p̄ eternam generaconem. **P**ater et filius mittunt  
spiritum sanctū cum insinuant q̄ procedit ab ambo  
bus p̄ communem spiracōnem. **P**ater non mittitur  
quia a nullo procedit. **S**piritus sanctus non mittit  
p̄sonam sed mittitur. quia non producit sed p̄du-  
citur. **F**ilius vero mittit et mittitur. q̄ p̄ducit  
et p̄ducit. **D**icit̄ eciam incarnari p̄ commerciū dñe  
nature et humane in unione p̄sonae q̄ unio facta est  
tñ in p̄sona filij. quā tñ tota trinitas est operata.

**C** De appropriatis patris. iiii.  
**D**e deo trino et uno tenendum q̄ licet omnia  
essentia libris p̄sonis equaliter indiffe-  
renter conueniant. tamē patri dicitur appropriari  
unitas. eternitas. racio principandi et omnipo-  
tencia. **H**ec autem quatuor dicuntur appropriari  
patri. non quia siant p̄pria. cum omnibus p̄sonis

sint communia sed quia dicitur in cognitorem psone  
patris quod est origo plonarum in trinitate. non hinc  
principium sed principians. a quo etiam fluit omne  
posse. Est autem dei potencia completa non potens  
deficere cum non sit de nichilo. non potens succum-  
bere cum non sit sub aliquo. Non potest etiam indi-  
gere cum non indigeat aliquo bono. Potencia vero  
hominis in peccando deficit. In paciendo succum-  
bit in transibus actionibus indigentia includit.  
Est igitur deus omnipotens. ita tamen quod non ac-  
tribuuntur ei actus culpabiles ut posse mentiri.  
et malum velle. nec actus penales ut posse metuere  
et dolere. nec actus corporales ut posse currere et  
ambulare. Est potentia dei ordinata ita quod ei non  
attribuuntur actus inconvenientes ut posse facere  
maiorem se. vel alium deum equale in sibi vel crea-  
turam infinitam actu. quia sicut dicit Augustinus  
Quodcumque inconveniens etiam minimus est incon-  
ueniens deo vel impossibile.

**C**ontra appropriatis filij. v.  
**F**ilio appropriat. veritas. spes. ratio exem-  
plandi. et omnis scientia. Nec autem quodcumque dicitur  
appropriatum filio non quod sicut propria cum tribus plonis  
sint communia. sed quod dicitur in cognitorem psone  
filij qui est a patre vel verbum quod est prius equale.  
et ideo summe pulchritudini in quo omnia possunt  
et disposita exemplantur. Et a quo tamquam a primo et

summo exemplari fluit omne scire. Cognoscit autem  
dei sapientia limpide omnia bona et mala p̄terita  
presentia et futura actualia et possibilia. in con-  
prehensibilia a nobis et infinita ita tamen quod in se  
non diversificatur licet diversa vocabula sortiatur  
**N**am in quantum ipsa sapientia dei est cognosci-  
tiva omnium possibilium dicitur scientia sive cogni-  
tio. in quantum est cognoscitiva eorum quod sunt in  
universo dicitur visio. in quantum est cognoscitua  
omnium quod bene sunt dicitur approbatio. in quantum  
est eorum quod futura sunt de prescientia seu presilio  
**I**n quantum est cognoscitua eorum quod ab ipso sienda  
sunt dicitur dispositio. in quantum est cognoscitua  
eorum quod premienda sunt dicitur predestinationis. in  
quantum est eorum quod damnanda sunt dicitur repro-  
batio. Possunt hec septem ad tria reduci vocabula.  
scilicet ad noticiam simplicis cognitonis qua deus cog-  
noscit bona et mala quod sunt fuerunt et futura sunt  
et quod per esse et nunc erunt Ad noticiam visionis quod  
cognoscit deus omnia bona et mala quod sunt fuerunt  
et futura sunt Ad noticiam approbatonis qua cog-  
noscit deus quod sunt fuerunt et futura sunt tamen bona.

**S**piritu sancto appropriat bonitas. usus.  
ratio faciendi. et voluntas sive beniuolen-  
tia. Hec autem quatuor appropriantur spiritui sancto  
non quod sicut propria cum tribus sint communia: sed quod

ducunt in cognitōnem persone sp̄ritus sancti qui  
est ab o trog⁹ ut amor et dōnum summū p̄ficiūm  
et cōmunicatiūm. omnis nostri desiderij finitum  
ad qđ bonum tamq; ad finem summū tendit omne  
velle rācōnabile ordinatum et inclinatum. **E**t autē  
voluntas dei recta qđ nullomodo potest obliquari.  
**S**ic efficax qđ nullomodo potest retardari. **S**ic unica  
qđ tamen quinq; signis habet signari. **V**nde vers⁹  
**I**mpat et phibet p̄mittit consulit implet. **D**icit⁹  
autem voluntas dei rācōne regulata p̄uidencia qđ  
omnia qđ in vniuerso sunt irrehensibiliter gu-  
bernantur. cum nichil precipiat prohibeat et con-  
sulat nisi recte. nichil agat nisi bene. nichil p̄mit-  
tat fieri nisi iuste. **C**um autem sit voluntas dei  
rectissima nullus potest esse rectus n̄ ei conformis  
et nemo potest ei conformari nisi ipsa sibi signis  
aliquibus innotescat tamquā regula rectitudinis  
prosequente. **E**t autem duplex rectitudo. **Q**uedā  
necessitatis qđ est in faciendo bonum ad qđ est pre-  
ceptum et in declinando malum ad qđ est prohibi-  
bitio. **Q**uedam est perfectionis in supererogando  
ultra debitum ad qđ est consilium. **E**t etiam volun-  
tas dei efficacissima. ita qđ nullus potest aliqd effi-  
cere nisi ipsa coifficiente et sic est impletio ut sig-  
nū voluntatis efficiētis. **I**te nullus potest desere  
aut peccare n̄ ipsa iuste et merito deserēte et sic est  
p̄missio ut signū voluntatis diuine iuste deserētis.

**D**e quatuor simul creatis. et de mensuris durabilium. vij.

**P**ost vidimus de bono increato qđ est deus  
videndū de est bono creato qđ est mundus Et  
p̄mo de summa creatorū videndū ē. Nō scđm **H**edā  
q̄tuor prima creata q̄ dicunt̄ coena esse vel suisse.  
scz **N**atura angelica. celum empireū. materia ele-  
mentorum et tempus. Quorū sufficiencia sic habet  
Primo debuerūt creari aliqua prima in quolibet  
ḡne creature. scz respectu creaturarū spiritualiū  
et corporaliū actiuarum. et corporaliū passiuarum.  
Et ecī respectu mensurarū **R**espectu p̄mi creata  
est natura angelica. respectu scđi celum empireum  
de quo dicit **D**amasee. q̄ est cōtinētia. oīm crea-  
tarum spiritualiū ac corporaliū **R**espectu tertij ma-  
teria p̄ma elementorum **R**espectu quarti. p̄mo crea-  
tum est tempus qđ ḡnalerit accipitur p̄ mensura  
cuilibet durationis habentis inīciū. sive finem  
habeat sive non. Quare Nōndum q̄ tres sunt du-  
rabilium mensure. scz eternitas. euiternitas et tpe  
pprie dictū. prima est dei Non recipit em̄ eterni-  
tas principium aut finē ut dicit **S**ocieus q̄ est int̄-  
minabilis vite tota simul et p̄fecta possessio. Euit-  
eritas est mensura eorū q̄ quis principiū habeant  
finem tñ non habent. sicut sunt angeli. anime.  
natura celestis. elementorum natura. hec mensura  
dicit aliquā euum. aliquando eternitas sed creata

Sed q̄ eternitas diuinis conuenit. et eum aliquā  
p tempore reputur positum. ideo ex h̄is duobus  
eternitas nominatur. Tempus autem p̄prae  
dictum est mensura eorum q̄ habent principium  
atq; finem Sicut sunt generabilia et corruptibi  
lia secundum motum primi mobilis variantur  
vlḡ ad cōpletionem numeri electorum. Quartā  
differēcia esse non potest. scilicet q̄ sunt aliqua q̄  
finem habeant et non principium.

**C**ontra veritatem exp̄inenda cū exclusione  
errorum circa p̄ductionē mūdi. viij.  
**S**ecundo habemus errorem excludere Qua  
pter nō. q̄ uniuersitas mundialis machi  
ne est in esse producta ex tempore. in quo exclu  
ditur error ponentī mundum eternum. p̄ducta  
est inq; ex nichilo. in quo excluditur error ponen  
tium eternitatem circa materiale principium Et  
ab uno principio est producta. in quo excluditur  
error manicheorum ponentī pluralitatem prin  
cipiorum Solo et summo. in quo excludit̄ error  
dicentium deum produpille inferiores creature  
per ministerium intelligentiarū. in certo numero  
pōdere et mēsura. ex quo p̄z q̄ creatura est effūs  
trinitatis creantis sub triplici ḡne causalitatis. s;  
efficiētis rōne cuiq; est in c̄atura unitas. modus et  
mensura Exemplaris. ratōne cuius est in ea. veri  
tas. species et numerus Finalis. ratōne cuius est

in creatura. bonitas ordo et pondus **O**is quippe  
creatura constituitur in esse ab efficiente. formatur  
ad exemplar ordinatur ad finem. ac p hoc est una  
vera. bona. modificata. speciosa et ordinata. men-  
surata discreta et ponderata. Alijs autem etiam  
vocabulis predictus trinarius nominatur. ab Au-  
gusti. li. de anima et spiritu dicit essentia. species  
et usus. A dionisio Armonia species et cōmensu-  
ratio. Item ab eodem Substancia virtus et ope-  
ratio. Ex una igitur parte cadunt unitas modus  
essentia. substancia mensura et cōmensuratio. Ex  
alia numerus veritas species virtus et armonia.  
Ex alia bonitas. ordo. usus. pondus et operatio.  
De primo igitur trinario Nota q̄ vnum nominat  
ens cōnumerabile et hoc pp̄ter indiuisiōne sui  
in se. verum nominat ens cognoscibile et hoc pp̄  
indiuisiōne sui a ppria specie. bonum nominat  
ens cōmunicabile et hoc pp̄ter indiuisiōne in a-  
ppria operacione.

**D**e triplici differentia creature.  
nonum.

**T**ercio circa creaturam mundi habemus at-  
tendere triformitatem creature. pdurit eā  
deus trinus et unus triplicem differentiam crea-  
ture Nam produxit creaturam pure corporalem  
ut est mundialis machina: creaturam pure spiri-  
tualem ut est natura angelica Creaturā ex utroq;

cōpositam ut est natura humana. sic etēm decū deum producere varia et diuersa ut multiplicitas creature saceret ad pfectiōnem vniuersitatis consistit in amplitudine ambitus. in sufficiētia ordinis et influētia bonitatis. Ex quib⁹ etiam diuina sapientia et potētia et bonitas innoteſcit decū namq⁹ deum sic res producere ut essent ad manifestacōnem sue potētiae que quidē apparuit in productione summe dīstantium et earundem cōiunctione ut patet in natura humana in qua corporeum et incorporeum vniuntur. Item de cūt deum sic res producere ut essent in manifestacōnem sue sapientie q̄ maxime ex pfectiōne ordinis declaratur. qui quidē ordo tria necessario requirit videlicet infimum. supremum et medium. Infimum fuit natura corporalis. Supremum natura spiritalis. Medium natura composita ex utraq⁹. Item decūt deum sic res producere ut essent in manifestationem sue bonitatis et beniuelentie q̄ maxime consistit in diffusione et cōmunicatione in alterum. Sic igitur diuina bonitas cōmunitatuit actum nobilissimum qui est vivere et intelligere ut non tantum daret potētiā alij vivendi et intelligendi sed etiam potētiā cōmunicandi alij qd factum est in homine in quo substantia spiritualis ei vita intellectiua pficit corporalem.

**D**e p̄ductione machine mūdialis. x.  
De h̄is tribus differēt̄s v̄dendum est p̄  
ordinē. et p̄mo de corpali natura cuiusmodi  
est mūdialis machina q̄ sex dieb̄ fuit in elle pro-  
ducta. ut patet Genesis primo. capitulo in textu  
Requie breuiter post p̄ductionem op̄m sex dīrū  
septima die requieuit deus a nouarum specierum  
p̄ductōne quoniam omnia fecerat vel in simili sicut  
illa q̄ propagantur. vel in racōne seminali sicut illa  
q̄ alijs modis introducuntur in elle. et sic colligit  
ex predictis q̄ triplex fuit opatio diuina in mūdi  
machina p̄ducenda. scilicet Creatio. distinctio.  
Adornatio. prima appropriatur patri. sed a filio.  
tercia spiritui sancto. Creatio fuit de nichilo. ideo  
fuit in principio ante omnē diem tamquam rerum  
omnium ei temporū fundamentū. Distinctio vero  
corporum mundanorum fuit modo triplici. ideo p̄  
triduum fuit facta. ita q̄ prima die facta fuit dis-  
tinctio nature luminose. a p̄spicua et opaca. cū a  
tenebris lux est distincta. secunda die facta est dis-  
tinctio nature p̄spicue ab opaca. cum diuisa sunt  
aque a terra. tercias die naturę p̄spicue a p̄spicua cū  
diuisa sunt aquae ab aquis. et q̄ ornat⁹ corr̄det  
eis. ideo in triduo est contumatus ita q̄ ornat⁹ lu-  
minose nature est factus quarta die in formatione  
stellarum solis et lune. Ornat⁹ nature p̄spicue  
factus est quinta die in qua facti sunt pisces et

pro in aere et aqua  
et creatura natura sp̄an  
h̄as factas. typica  
omana ad consummationē  
De confitentia  
sui corporali  
Omnis autem na-  
tūra in duob⁹ sex in re-  
latione distinguuntur  
habet in Crystallino  
firmamentum acutum  
habet sp̄ans abso-  
luta mercurio sc̄. et  
est distinguere in qua-  
ritus perpendicula summa  
habet occurrit nobis  
in partibus elementis  
habet machine in  
luminis in terrena et  
distinctiorum cognitio  
ratione dierum. mer-  
curia et luna in signis  
habent etiam quantitas  
tria rerum genetabilis  
et opium humanum  
et imperium et regnum  
et motum et virtutem

aues in aeris et aque ornamenti. sexta die factus  
est ornatus nature opace quando facte sunt bestie  
de terra. factaque reptilia sunt. Ne facta est natura  
humana ad cōsummacōnem omnium predictorum.

**C**on cōsistencya machine mundialis  
seu corporalis. xi.

**A**nsistit autem natura corporea maxime  
in duobus. scilicet in natura clementari et celesti.  
Celestis distinguitur in tres principales cielos.  
scilicet in Crystallinū Empireū et Firmamentū.  
Firmamentum autem quod est celum stellarum con-  
tinet septem orbes. septem scilicet planetarum quae  
sunt luna mercurius et ceteri. Natura quidem elemen-  
taris distinguitur in quatuor. scilicet in ignem et cetera  
et sic procedendo a summo celi cardine usque ad cen-  
trum terre occurruunt nobis decem orbis celestes.  
et quatuor spere elementares ex quibus tota mun-  
di sensibilis machina integratur. ita quod celestia in-  
fluunt in terrestria et elementaria quantum ad  
distinctionem cognitōnem temporum seu signifi-  
cationem dierum. mensium et annorum dicente  
scriptura ut sint in signa tempora et dies et annos.  
Influunt etiam quantum ad effectuum produc-  
tionem rerum generabilium et corruptibilium  
et corporum humanorum. Sic tamen sunt in sig-  
na temporum et regimen operationum per lucem  
calorem et motum et virtutem ut non sint certa

signa contingentium futurorum nec influunt super  
liberum arbitrium per vim constellacionum quem  
quidem aliqui dixerunt satum esse. Et sic colligitur  
ex predictis quod deus ordinate res condidit quantum  
ad tempus. ordinate disposuit quantum ad situm.  
ordinate etiam gubernat quantum ad influentiam.  
in scriptura sacra ordinate narrat quantum ad doc-  
trine sufficientiam quod in principio sui insinuat na-  
turam luminosam nomine celi. naturam opacam  
nomine terre. naturam propria nomine aque. insi-  
nuat ei beatissimam trinitatem patrem in nomine  
dei creantis. filium in nomine principis. et spiritu  
sanctum in nomine spiritus dei. Insinuat etiam  
appropriata trium planarum. scilicet omnipoten-  
ti am patris in producendo. conscientiam filii in dis-  
tinguendo. benignitatem spiritus sancti in influendo.

**C** De sufficientia celorum. p. 1.

**D** Enatura celesti specialiter est videndum.  
Celum quidem secundum communem acceptiōnēm  
nominat naturam propriaū cōtentiuam. Secundum  
vero propriā acceptiōēz nō est naturam propriaū contē-  
tiū. nulli contrarietati subjecta. Secundum primā accep-  
tiōēm septē celi a rabano distinguuntur. scilicet celum aerēū  
etherium. olimpium. igneū. siderum. Alioquinando  
empireum. Quorum sufficientia sic habet. Celi  
est natura propria et cōtentua. Aut est dativa lu-  
minis. aut recepta. Si primū a est uniformis nō

mota et sic est empireum. Aut est multiformis et  
mota et sic est sidereum. Aut est uniformis et mota  
et sic est Cristallinum. Quarta differencia non  
habetur. scilicet multiformis et non mota. Si autem  
natura pspicua est luminis receptiva. aut est re /  
ceptiva separabiliter aut inseparabiliter. Si insepa /  
biliter aut secundum superioris superficie circu /  
lum et sic est olimpium quod monti appropinquat  
olimpo. Si vero separabiliter. aut secundum supe /  
riorem partem et sic est ethereum. aut secundum  
inferiorum et sic est aereum. Si autem dicatur ce /  
lum natura pspicua. cōtentiva. nulli contraria :  
sic a quibusdam octo orbes distinguuntur. septem  
scilicet planetarum et octaua spēra. A quibusdam  
amplius ampliusq; eruditis nouē. Ab alijs vero  
ulterius illustratis decem. Horum autem suffici /  
entia sic potest accipi. Distinctio eā celorum aut  
est p̄ primam diuersitatem formarum aut est p̄  
dispositōnes motuum et luminarum cōtentorum  
scilicet p̄ diuersitatem formarum sic distinguunt  
tres celi. Aut enim in celo viget natura perfecte  
luminositatis et sic abile est ad statū glorie et quie /  
tum et sic est empireum. Aut viget in eo intura  
perspicuitatis simul et luminositatis et effectu  
caliditatis. Et sic est sidereum quod facit ad translu /  
tacionem inferiorum. ideo est multiforme abile ad  
motum. Si vero celi penes contenta luminaria

distinguntur: sic est orbium distinctio attendenda  
Aut enim orbis continet siderum multitudinem et sic  
est stellatum Aut continet unitatem et sic septem pla-  
netae. septem orbibus sunt distincti quibus regitur  
uniuersitas temporum. dierum septenario dis-  
pensata.

**D**e quatuor attributis angelis a  
conditione sui. xiiij.

**D**e natura pure spirituali cuiusmodi est an-  
gelica sex per ordinem sunt videnda. scilicet  
Condicio omnium angelorum. Prevaricatio maligno-  
rum demonum. Confirmatio spirituum beatorum.  
Diffinizio aliquorum non communium. Quislio ierar-  
chiarum diuersorum statuum. Custodicio commissorum hominum  
De conditione eorum tenendum est quod angelis a primordio  
sue conditionis quatuor sunt attributa. scilicet simplici-  
tas essentie. distinctio personalis. propter rationem  
naturaliter insitam. Memoria. intelligentia et volu-  
tas. et libertas arbitrii ad eligendum bonum et  
respuendum malum. Hec autem quatuor princi-  
palia. alia quatuor contineantur. scilicet virtuo-  
tis in opando. officiositas in ministrando. pse-  
citas in cognoscendo. immutabilitas in eligendo.  
Immutabilitas inquam post electionem sue in bo-  
num sue in malum. Substantia quippe spiritualis  
et incorporea. simplex et omni carens divisione  
quantitatis cuiusmodi est natura angelica hoc ipso

q̄ est simplex et virtuosa in operando. hoc ipso q̄  
est virtuosa et personalis discretiva. competit ei distinctio  
officij in ministrando. hoc ipso q̄ est simplex et  
virtuosa competit ei prædicatio in discernendo.  
hoc ipso q̄ est prædicatio et simplex et habens intel-  
lectum deiformem. habet post electionem stabilitatem  
in electo. sive bonum fuerit sive malum. Suffici-  
entia horum sic habetur. Angelus enim potest consi-  
derari quadrupliciter. scilicet in se et sic est essentie  
simplicitas. Ad alterum angelum et sic est distinctio  
personalis. ad deum et sic est Memoria intelligencia  
et voluntas. in quibus consistit ratio ymaginis  
ad ea q̄ regimini eius sunt subiecta. et sic est liber-  
tas arbitrii.

De prævaricacione spirituum  
malorum. p. iiiij.

**D**e prævaricacione damnatorum spirituum est  
tenendum. q̄ lucifer primus inter angelos  
plumens de bono priuato appetit priuatam excel-  
lenciam superriū alijs volens. ideo cū omnibus ad  
herentibus sibi pdidit summū locum. scz celum  
empireū descendens in locum ymū. scz caliginosum  
aerem vel infernum. Cecidit autem in culpam ylibe-  
rum arbitrii. lapsus est in penam p̄ diuinū iudiciū.  
Eadem autem factus est immutabilis post  
ruinam. ideo statim fuit obstinatus in malo. exere-  
tus a vero. deordinatus in opacōne. infirmatus

in virtute. **V**oluntas diaboli obstinata habet de-  
formitatem in qua est continuatio nature variacō  
decisio sive memoratio. ratione prime matule a cu-  
ius adhesione nullatenus separatur. **H**abet punita-  
rem in qua est continuatio. quantum ad actum pec-  
candi. tamen interuenit variatio. quantum ad ge-  
nus peccati. **N**acio in diabolo exectata presentit ali-  
quando futura. qđ dicit **A**ugustinus quatuor mo-  
dis. scilicet sensus vel ingenij acrimonia. longa te-  
porum experientia. dolosa cautela. quia apponit  
aliquando facere qđ predixit. aliena doctrina cum  
ab angelo aliquid didicit iusto dei iudicio punita-  
rente. **M**inisterialis diaboli operacō est hominib⁹  
interdicta. **T**um pp̄ter peccatum infidelitatis ne  
attribuatur diabolo qđ est dei. **T**um pp̄ter pecca-  
tum pdolatrie quia diabolus desideat aliquid sibi  
immolari. **T**um pp̄ter peccatum inobedience qđ  
voluntarium cōmercium cum diabolo preciso tam  
a deo qđ ab ecclesia prohibetur. **V**irtus diaboli pec-  
cati merito coartata quando punititur vertitur  
ad miracula fatienda p̄ transmutacōnes repenti-  
nas circa corporeas creaturas. possunt tamen dis-  
cerni miracula dei a miraculis diaboli quatuor  
modis. scilicet ex parte principalis agentis Nam  
in miraculis dei operatur virtus infinite potēcie  
**I**n diaboli autē virtus creature. Ex pte ministri  
qđ miracula xp̄i sunt p̄ publicā iusticiā. scz fidē

justificantem. que publice predicatur vel per signa publice iusticie. ut in peccatoribus. qui per fidem aliquando veram operati sunt mirabilia. Mirabilia autem diaboli sunt per contractus privatos et archana quedam. quia sic inventores artis magice cum demonibus pepigerunt. Ex parte finis. quod mirabilia dei sunt ad hominum utilitatem et dei gloriam. mirabilia demonum vel magorum ad fraudem vel depcionem. Ex parte facti. quia mirabilia dei sunt excellencia. ut suscitare mortuos. illuminare cecos. Mirabilia vero diaboli sunt visua. ut facere muscas. bufores et serpentes.

**D**e confirmatione spirituum beatorum. prosequitur videre de confirmatione beatorum spirituum. de quibus est secundum. quod alios apostolatibus ipsis deo immobiliter adheserunt. Ita quod alios per maliciam irrevocabiliter obstinatis. ipsis sunt per gratiam et gloriam in bonitate perfecte confirmati. Similiter enim tempore non natura: gratiam et gloriam conversionis et adhesio nis ad deum preperunt merito. ratione cuius fuerunt quantum ad voluntatem stabiles et felices. In ratione sunt perfecte illuminati secundum cognitionem matutinam et vespertinam. Lux quippe diuina angelum illuminans ad cognitionem dei angelum facit lucem. Cognitio autem dei in se dividitur dies. quia pure est lux tanquam cognitio et ratio

cognoscendi. Lux autem angelica diuinitus illus-  
trata habet creaturam que respectu dei tenebra re-  
putatur. Ideo eius cognitio dicitur vespertina, p-  
ut cognoscit in seipsa. Dicitur autem matutina p-  
ut ex illa cognitione consurgit mens angelica in  
laudem dei ad cognitionem quam habet in verbo  
et veritate. Sunt et in virtute pfecte fortificati su-  
ue in operando sive in epequendo. et hoc etiam su-  
ue assumpto corpore sive non assumpto corpe. In  
ordinacione sunt pfecte ordinati sive contemplati-  
ua sive administrativa. Duplex est enim vis an-  
gelica contemplativa qua contemplat deum. Et  
administrativa qua circa salutem versatur homi-  
num. Non possunt autem deordinari ascendendo.  
ad contemplacionem dei. nec descendere in admi-  
nistracionem hominum. quia quocunq; et quociensq;  
mittuntur semper currunt et militant intra deu-

**C** De diffiniciōibus angelī ordinis. 2  
perarchie. xvi.

**S**equitur videre de diffiniciōibus trium vo-  
tabulorum que faciunt ad noticiam angelo-  
rum que sunt angelus. ordo. et perarchia. Ex mul-  
tis nepe angelis ordo consurgit. ex plurib; ordi-  
nibus saltē tribus constituitur angelica perarchi-  
a. Angelus autem sic diffinitur sedm. Namque.  
Angelus est substantia intellectualis semper mo-  
bilis. libera arbitrio. incorporea. deo ministrans

secundum graciā non naturām īmortalitatem  
suscipiens. **O**rdo diffinitur a **E**cce. **O**rdo est mul-  
titudo celestium spirituum qui inter se ali quo mu-  
nere gracie similantur. sicut et in naturalium do-  
norū munere conueniunt. **T**riplex autem ūne-  
nitur diffinīcio perarchie secundum q̄ est triplex  
difference perarchie. scz diuina. angelica. ecclesi-  
astica. **D**iuina sic a **D**ioniso describitur. **P**erar-  
chia est diuina pulchritudo ut simpla ut optima.  
ut consumatua. Item secundum eundem. angelici-  
ca perarchia est ordo diuinis sciencia et actio dei  
forme quantum possibile est similans. et iudicata  
diunitus ei illuminaciones pportionabiliter in  
dei similitudinem ascendens. **E**cclasiastica autem  
ingratisse sic diffinitur. **P**erarchia est rerum sac-  
rum et rationabilium ordinata potestas debitum  
in subditis optimens principatum. **H**ec etiam dif-  
finīcio potest conuenire angelice perarchie. **A** Da-  
maseno diffinitur angelus quantū ad substantiā  
cum dicit. **A**ngelus est substancialia incorporeā. q̄n/  
tum ad virtutem cum dicit. intellectualis semper  
mobilis libera arbitrio. ubi tangitur triplex vir-  
tus angelica. scilicet cognitiva. cum dicitur  
intellectualis. operativa cum dicitur in diffinīci-  
one. semper mobilis. quia angelus infatigabiliter  
operatur. **I**mperativa cum dicitur arbitrio libe-  
ra. **O**peracio tangitur cum dicitur deo seruens

sive ministrans. Duratio cum dicitur gracia non  
natura immortalitatem suscipiens. Ordo notifi-  
catur quantum ad fundamentum. cum dicit. Or-  
do est celestium spirituum multitudo. Et quantū  
ad complementum cum dicitur. qui iter se aliquo  
munere gracie similantur. Et quantum ad dispe-  
sacionem que inter hec medium tenet locum. cum  
dicitur. sicut in naturalium donorum participa-  
tione conueniunt. Diffinicio angelice perarchie no-  
tificans ipsam est egredientem esse a deo per mo-  
dum imaginis cum dicit Perarchia est ordo diuina  
scientia et actio. ut ordo id est ordinata potestas.  
respondeat patri. scientia filio. actio spiritui sancto.  
secundum memoriam intelligentiam et voluntate-  
tem. Secundo describitur ut egrediens per mo-  
dum similitudinis. cum dicitur deiforme quantū  
possibile est similans quantum ad habitum. et ad  
inditas ei diuinitus illuminaciones proportiona-  
biter in dei similitudinem ascendens quantū ad  
actum. In diffinizione perarchie increate ostendi-  
tur unitas in trinitate. cum dicitur diuina pulchri-  
tudo. Pulchritudo enim ex pluralitate et equali-  
tate constat. ut autem ostendatur quod pluralitas non  
preiudicat unitati: dicitur ut simila. quod unitas plu-  
ralitati: dicitur ut optima. et quod unitas spectat ad  
perfectionem pluralitatis. et econuerso subiungi-  
tur ut consummativa.

**S**e triplici divisione perarchie. xvij.  
Equitur videre de tribus divisionibus yhe  
rarchie. Prima est hec. Yherarchiarum ali  
a supercelestis id est diuina. alia celestis id est an  
gelica. alia subcelestis ut humana. Qmilla ecclesi  
astria et diuina subdiuiditur secunda in supremā.  
mediam et infimam. sive per alia vocabula. scilicet  
in ephiphaniam. yperphaniam. ypophaniam. E  
phiphania enim est ita lecentis affectionis inten  
dio alcioris intellectus fastigio iudicisqz libera re  
sultacio distributa. Yperphania est diuina illumina  
tio sui particeps inter scalari reverencia insig  
niens usum edocens dominandi arcensqz contrari  
um. Ypophonia est diuinum participium. legibz  
naturae occurrens. archana reserans pro capacita  
ti discreta. Tertia diuisio est hec. in supma. I. ephip  
hania sunt zeraphin. cherubin. throni. In me  
dia sunt dominaciones. virtutes. potestates. In  
ypophonia sunt principatus. archangeli. angelii.  
Aguntur quidem angeli et agunt secundum ordi  
nem perarchiticum in eis iniciatum per naturam.  
et consummatum per gloriam. que in eis sta  
biliuit liberi arbitrij vertibilitatem. Illustravit  
perspicacitatem. roborauit virtutatem. et ordi  
nauit officiositatem. Perspicacitas rationis in co  
templando. aut respicit bonitatem desiderandam  
et sic sunt zeraphin. Aut veritatem intelligendā.



et sic sunt cherubim. a maiestate et sic sunt troni. ad  
thronos spectat reverentia. ad cherubim sapientia. ad sera  
phim beatitudinea. ad prefectam uitiositatem est utus ipsa  
qua est in dominis omnibus. virtus executio in uitibus. virtus ar-  
tificia qua est in praetibus. Ad prefectam officiositatem spectat re-  
gum quod faciunt principatus. Dignum archangeli. Reuelare a  
glori. Ordino deo iuratur ab eo quod excellencia accepit in mu-  
nere.

**D**icitus videtur est de custodia hominum per angelos. xviii.  
Quod quadruplicem defectum angelum habet hominem reuelare  
et eos ab ipsis reueare. scilicet puritate ad malum. diffi-  
cilitatem ad bonum. longinquitatem a domino. repudiatatem a me-  
rito. Ad hec quatuor designata sunt tum quatuor nostra an-  
geliorum in scriptura. scilicet Raphael qui medicina dei dicitur. hic est  
missus curare tobiam a cecitate et sarah de ipsis occi-  
soris virorum ei hoc contra duo quod ex originali contraria  
qua sunt ignorantia aegrotarum rerum. Et tunc ipsa rurum  
quod reddimur ad malum labiles. Item gabriel qui dicitur for-  
titudo de quo fortificamur ad obseruacionem preceptorum  
et ad unctionem consiliorum. in signum precium missus est an-  
nunciare ortum precursoris de coniugatis. in signum secundum  
missus est annunciare ortum salvatoris de uigie per ihesum  
exemplum. et per christi beneficium et exemplum reddimur dis-  
positi et habiles ad bonum. Item michael qui interpretatur  
qua ut deus qui dicitur aias in celo punitare propter haec etiam de  
mum diaboli erueras comisit pliū cum draconem. Item  
uriel qui dicitur aut interpretacio lucis deo sive apieno deo  
vel ignis dei. a interdum dei que duplex interpretatio

inuit & per eum ministerium illustramur in veitate et in  
flamamur in caritate. **N**untius enim anglus ad illustrandum  
nem intellectum et inflamandum nem affectum. et si non  
efficiemus in dispositio. **D**e nomine vniel legit in iij. eldore  
quod missus sit ad consolacionem populi dei quod ab alienigenis  
pervenient. **H**unc etiam anglus causa hostis actu in plenaria fre  
quentare. scilicet purgare. illustrare et perficere. **P**rimus actus  
ordinatus ad amicos expedimentorum. **S**ed etiam ad cogniti  
vorum verorum. tertius ad dilectorum honorum. hunc tercium in  
hostibus effectum in plenaria procurare unum. scilicet respectum homini au  
gredi. **A**lium respectum malorum. scilicet deserendi. hunc nichilominus  
propter ministerium humanum genus militare. quodammodo enim  
mittimus ad nos missione exteriori. quodammodo mittimus ad an  
gelos missione interiori. propterea nos sic illa supina ag  
mina quod preminet quod usum extremitatis officium non habet. in  
vel ad nos vel propterea nos mittimus. ut dicitur aplaus. **O**nes  
igit sunt administratorum spiritus secundum. hunc anglos ad custodiā  
homini deputari ab aeneo instrumento usque ad eum egressum.  
**H**unc etiam conatus diaboli contra hostes refrenare. **I**maginatur  
est dignitas astrarum ut unaque habeat ab ortu natu  
tatis sue in custodiā angelum deputatum. **G**reco. homo bonum  
habet angelum ad custodiā et malum ad exercitium.

**D**e diffinitiōibus aie. xix.

**R**estat videlicet de impliciti dñna caritate quod cōposita  
est ex corporali et spirituali. Et primo quantum ad  
aīaz. Secundo quantum ad corporis. Tercio quantum ad corporis  
sitū. **D**e aīa sunt duo vidēda. diffinitio et potēcia  
rum diuisio. **A**nima septem diffinitiōibus diffinitur

**P**rima est Augustini libro de motu cordis. **A**nima inquit est substantia incorporea intellectualis illuminationum que sunt a primo ultima relatione perceptiva. **S**econda est Remigij. **A**nima inquit est substantia incorporea regens corpus. **T**ertia est Aristotilis libro de anima. **A**nima est actus primus corporis phisici organici in potentia vita habentis. **Q**uarta est Augustini. **A**nima est similitudo omnium. **Q**uinta similiter Augustini. **A**nama est quedam rationis particeps regendo corpori accommodata. **S**exta sumitur ex Genesi. **A**nama estiforme spiraculum vite. **S**eptima est Genes. **A**nama est spiritus intellectualis in se et in corpore ad beatitudinem ordinatus. Per primam distinctionem notificatur anima prout est spiritus. Per secundam et tertiam ut est anima. Copulatur enim anima et unitur corpori ut motor mobili. et sic est secunda. et ut perfectio perfectibili. et sic est tercias. **P**er alias vero quatuor quae sequuntur diffinitur ut anima et spiritus Ita quod quarta est per comparationem ad creaturas generaliter. **Q**uinta per comparationem ad corpus quod perficit. **S**exta per comparationem ad deum tanquam ad suam causam efficientem. **S**eptima per compacionem ad deum ut finem suum ultimum. citra quem non potest quietari.

**S**icutur videri anima. quarenum quod una est magnificencia in beatitudinem. scilicet animi intellectum. **S**icut illa permissa est a christo ea quae sunt fugit notitia. **S**icut et regnus regni corporalis nomen anime que homo infensus. **H**oc est illud videndum et malum ei interdictum est. **S**icut illud videtur esse appropinquit et inveniatur etiam et de hoc est sufficiencia per quam duas sunt dicta. **A**nama et spiritus. **A**nama videtur spiritus in genere et separata per se. **A**nama comparatur ad unum. **S**icut cognitum anima est. **A**namam et videtur. **A**namam congruit etiam ad aliud per se propria principia.

**S**e De diuisionib[us] potēciarum animi  
scdm m[er]gōs in quinq[ue] mēbra. xx.

Equitur videre de diuisione potenciarum anime. quarum quadruplex est diuisio. diuisio una est magistrorum in quinq[ue] membra. scilicet sensualitatem. sensum. imaginacionem. rationem. et intellectum. **S**ensualitas secundum magistros est illa potentia que sentificat corpora. et mouet et appetit ea que sunt delectabilia corpori. et refugit noxiua. **S**ensus est illa vis anime qua homo cognoscit res corporales presentes. **I**maginatione est vis anime qua homo intuetur res corporales absentes. **R**atio est illa vis anime qua anima inter bonum et malum et inter verum et falsum distinet infra se. **I**ntellectus est illa vis anime qua anima apprehendit res immateriales et intelligibles ut animam angelum et deum. **A**storum quinq[ue] membrorum sufficiencia potest sic sumi. **A**nima est quasi duo sicut dicit Augustinus. **E**t enim anima et spiritus. **A**nima inceptum corpus perficit et vivificat. **S**piritus inceptum sine corpore consideratur et separata perdurat. **S**ecundum vero quod est anima comparatur ad corpus et corpora ad animam. **E**t sic congruit anima corpori et aptatur ei ut influat ei sensum ei vitam. **E**t hec potencia dicitur sensualitas. **C**ongruit etiam corpus anime et aptatur ei ut per corpora perspiciatur quantum ad inferiore

et haec potentia dicitur sensus. Sensus autem est duplex. sciz interior qui dicitur imaginatio. et exterior qui dicitur sensus. ut visus sit per oculum. auditus per aurem. Ipsa vero anima in quantum spiritus dicitur. recte habet aspectum unum respectu inferiorum. et alium respectu superiorum secundum quod dicit Aug. quod anima habet duas partes scilicet unam ad superiora respicientem. et aliam ad inferiora. Inferiorem magistri dicunt rationem. superiorum vero dicunt intellectum.

**D**e divisione potentiarum ait secundum nales in tria membra. xxii.  
**S**ecunda divisione anime secundum naturales est in tria membra. secundum eum quod anima comparatur ad actus tres sunt anime potentie ad actum triplicem ordinatae. Tres eum sunt actus proprii ipsius anime. sciz vegetari. sentire. et rocinari. et secundum hoc distinguitur triplices anime potentia. scilicet vegetabilis. sensibilis. et rocinabilis. Nota tamen quod vegetabilis est anima in plantis. Sensibilis est anima in brutis. rationalis est in hominibus. In homine vero non sunt tres anime. sed sunt dicende tres potentie in una anima. Vegetabilis appetit esse. sensibilis bonum esse. rationalis optime esse. Vegetabilis dividitur in generationem et nutritionem. Generativa est ad conseruationem esse

universalis. scilicet speciei. Nutritiva est ad conser-  
vacionem esse singularis scilicet individui. Nutriti-  
ue duplex est actus scilicet nutritre. iste actus sem-  
per est necessarius. aliis augmentare. et iste solus  
est necessarius usq; ad rei complecioem. Unde au-  
triuntur animalia non tamen semper augmenta-  
tur. Vis sensibilis dividitur in apprehensionem et  
motinam. Apprehensiva dividitur in sensum par-  
ticularem. et sensum communem sive in sensum ex-  
teriorum et interiorum. Sensus particularis ex-  
terior. dividitur in quinq; sensus. scilicet visum.  
auditum. gustum. &c. Circa quos necessario tria  
requiruntur. scilicet bonitas organi. dispositio me-  
dij. et presentia obiecti. Organum visus sunt pu-  
pille oculorum. Organum tactus nerui corporis. et  
sic de alijs. Ita organa descendunt ab anteriori p/  
te cerebri. Quidam enim est nervus qui dicitur ob/  
jectus descendens ad pupillas et ratificatur in du-  
as partes. et sic de alijs organis. Organum tactus  
est in corpore. Obiectum visus est color et eius dif-  
ferentie. et sic alijs sensibus obiecta sunt. Nam ob/  
iectum odoratus est odor ei eius differentie. Obie-  
ctum tactus sunt qualitates elementares. ut cali-  
dum et frigidum humidum &c. rarum. densum.  
leue. graue. asperum et lene. Media sensuum sunt  
hec aer aqua. et quodlibet corpus diaphonum. id est  
trasparens illuminatum. in visu mediū est aer exquis

et interior est medium in auditu. Auris enim co-  
caua in concavitate habet aerem intrinsecum sibi  
conaturalem. Vapor per aerem delatus est medi-  
um in odoratu. Res enim odifera quasi fumum o-  
doriferum evaporat. ex quo aer immutatur des-  
rens odoratui odoratum. Humor salivalis est me-  
dium in gustu. Caro medium est in tactu. Interi-  
or sensus dividitur in tres partes secundum tres  
partes cerebri. que sunt anterior : in qua est ima-  
ginatio. Media in qua est estimativa. Postrema :  
in qua memorativa. Aliquando dicitur imagina-  
cio sensus communis. aliquando imaginatio. aliq-  
uando fantasia. Sensus communis dicitur. inquit  
ibi concurrent sensus particulares quinq. tam  
linee ad centrum ibique ligantur. Imaginatio dici-  
tur inquit representat formas prius acceptas a  
particularibus sensibus quibus absentes. Fanta-  
sia dicitur inquit potest componere formas no-  
vas secundum similitudinem eorum que percepit  
per sensus particulares. Estimativa est illa vis  
secundum quam dicimus sagacitatem vel pruden-  
tiam in brutis. ut in vulpe siue in alijs in appeten-  
dis delectabilibus ei refugiendis nocuis. Ite me-  
moria est vis illa que conservat siue retinet formas  
sensibilium specierum. Vis sensibilis motiva est  
motuum secundum locum mouens omnes mem-  
bra corporis ut caput brachia et armos. Motiva

plum dicitur gradus  
utur animal motu pro-  
funditur in intellectum  
et in contemplacionem  
poterit boni et malorum  
elementorum dicere vita et  
**C**onsumere  
dum theologos  
**F**eria dominica feru-  
la potenter anima et  
alia corporalia id est cor-  
rinella corporis regis  
hunc et naturam  
animi respicit. **H**abita  
dicitur in membris. membris i-  
psorum. **H**abita animalia hunc  
membrum. **D**e cognitiva fa-  
ctu dividitur in formis  
ne enim animalia aut  
criterio motu fugi qui est  
beatum dilectabilis. et mem-  
bris. **V**is vitalis est vita  
animalia per arterias vid-  
entia est tot. q. nisi refra-  
ctio et ramis per n-  
ec. **H**ec admodum vis sit auto-  
matica modo quo formae my-

pedum dicitur gressibilis. quia secundum eā mo/  
uetur animal motu progressivo. Vis rationalis  
diuiditur in intellectum speculativum. qui exer/  
etur in contemplatione veri. et practicum: qui in  
operatione boni Secundum hanc duplēm radicē i  
Diversificatur autem actus fidei qui est credere p  
Credere deum Credere deo Credere in deum.  
Duo primi actus possunt esse fidei informis sed  
tertius formata pnt autem ad eundem actum sedm

ordinem pertinere Nam credere deum respicit diuinam veritatem ut obiectum Credere deo ut motiuum Credere in deum ut finem ultimum. Hoc autem in ultimum actum exponit Augustinus sic. Credere in deum est credendo eum amare. credendo in eum ire. credendo ei adherere et credendo eius membris incorporari. Ad hoc quod fides perfecte tendat in deum requiritur adiunctio caritatis quod ordinat ad amorem dei et sic est prima differentia. Ad operationem boni et sic est secunda. Ad dilectionem primi et sic est quarta. Fidei autem attribuitur operationem miraculorum ipsa enim est prima virtus quod supra se eleuat intellectum captiuans eum in obsequium ihesu christi. et ideo meretur apud deum opus arduum impetrare. ad quod se non extendit possibilitas admirantis et hoc est quod tangit in diffinitione miraculi. Miraculum inquit est opus arduum et insolitum supra spem et facultatem admirantis consistens.

**C** De continencia symboli quantu[m] ad articulos. xxviiij.

**Q** uo[n]ca symbolum sunt tria atcedenda scilicet differentia symbolorum. sufficiencia credendorum. essentia articulorum. Tria sunt simbola fidei christiane scilicet Simbolum apostolorum Niceni consilij quod tres id est episcopi condiderunt et simbolum athanasij Causa principalis

primi fuit certa fidei tradicio. Causa secundi fuit  
veritatis tradite certa probatio vel platio. Causa  
tertii fuit errorum pullulantium exterminatio.  
Primum dicitur maius non numerositate contenterum  
sed maioritate conditorum et dicitur subiuisse quod fuit  
conditum type veritatis nondum propalatum. vel quod est  
ad propriam conscientie securitatem. Dicitur etiam in diei  
principio et in fine. scilicet in prima et in completorio.  
propter fidem duplicitem confessionem necessariam. scilicet in  
principio ecclesie et in fine. vel in principio regnum ac  
nisi baptismalis. Et in fine defunctionis corporalis  
Aut in testimonio communione triumphantibus vel quod si  
des leuitum est contra temptationes diurnas et illusio-  
nibus nocturnas. Quidam quod est editum propter veritatem  
propalantibus sive publicandam in diebus dominicis et festis  
solemnibus propter maiorem populi contentum alia voce  
cantat. Tertium dicitur nocte finita prima diei hora  
quod editum est type veritatis concusse propter hereticos. Septem  
sum sedem aliquos tangentibus deitatem. septem huma-  
nitatem. Et per sufficiencia ex parte materialis sedem  
materiali contentam in eis. vel respectum cause efficientis  
sedem scilicet numerum apostolorum regum. Sed non cum dicitur  
Credo in spiritum sanctum. et sequitur in alio articulo  
Sanctam ecclesiam catholicam. est sensus Credo in spiritum  
sanctum sanctificantem universalem ecclesiam. Item cum de  
scorum communione remissione peccatorum. Est sensus  
quod remissio peccatorum sit in communione sanctorum.

**I**tem carnis resurrectionem. id est q̄ deus resulciabit carnem humanam. **E**cetera patent. **E**s autē articulus sedm Richardum indivisibilis veritas de deo artans nos ad credendum zē.

**D**e Spē. xxxix.

**A**rcta spem est videre quatuor. scilicet. **D**ifficilicōnēm. **E**quīvocatōnēm. **A**ctus excellētiam. **A**d fidem differentiam. **S**pēs in quantum est nomen affectionis diffinitur a philo. dpho sic. **S**pēs est suspicio futuri boni. In quantum vero est nomen virtutis tribus difīcīlīconib⁹ notificatur. **P**rima est: spēs est virtus qua spiritualia bona dici possunt. venia peccatorum. gracia meritorum. et gloria preuiorū ut dicatur quedam spēs venie. Quedam gracie. Quedam glorie. **S**ecunda diffinitio est hēc. **S**pēs est certa e. spēcificatio future beatitudinis veniens ex dei gratia et meritis precedentibus. **T**ertia est Iustini. **S**pēs est virtus qua quis se ad illud qđ credit presumit puerum. Capitur autem spēs multipliciter. Aliquando enim dicit affectionem ut dicit Horcius. Gaudia pelle pelle timorem spēmque fugato zē. Aliquando habitum dicit virtutis et tunc spēs non habet ortum ex meritis. sed ex ea merita oriuntur. Aliquando dicit virtutis actū

et tunc spes oritur ex intuitu meritorum . nemo  
enim recte sperat se ad beatitudinem puenturum  
nisi qui deo seruit vel seruire disponit Ali quando  
nominat virtutis statum et tunc spes ex meritis  
et cōcomitantibus habet ortum . iuxta illud Roma  
nos quinto Probatio vero spem . id est spes certitu  
dinem operatur secundum glosam ad quam certitu  
dinem secundum glosam p bona opera et maxime  
p aduersorum tollerantiam puenit Ali quando  
nominat virtutis terminū sive obiectum . id ē esse  
seperatam . scz beatitudinem sempiternā et tunc  
spes ex gratia et meritis precedentibus habet or  
tum et sic spes virtus per primā acceptionem sui  
precedit merita : secundum ultimam sequitur . se  
cundum duas intermedias sequitur et precedit .  
**H**abet autem spes excellētiā in actu suo Nam  
habens potentiam īascibilem pro subiecto virtu  
tum habitus presupponit quibus supereminet re  
regina **H**abet eū irascibilis detestari mala culpe .  
tolerare mala pene aggredi terribilia . et eri  
gi ad ardua **A**d detestationem culpe alienē requi  
rit iram per zelum **A**d detestationem culpe prie  
requirit penitenciam **A**d perpessionem malorum  
pene requirit pacientiam **A**d agressionem terri  
bilium habet fortitudinem **E**t tunc ad exspectatio  
nem eterne beatitudinis per spem erigitur a deo  
liberaliter re promisse . **D**ifferencia autem fidei

et sp̄ei hec est. Nam fides est bonarum rerum et  
malarum Sp̄es est tantum bonarum. Est etiam  
fides rerum preteritarum presentium et futura-  
rum Sp̄es tantummodo futurarum Item est fides  
rerum ppriarum et alienarum Sp̄es est tantum  
ppriarum.

**C** De caritate xl.

**A**rea caritatem est videre. scilicet diffinici-  
nem. distinctionem. pfectiōneū diligibiliū.  
sufficiētiā: ordinis exigētiā. Caritas tri-  
pliçiter diffinitur. Nam comparata ad obiectum a  
magistro sic diffinitur. Caritas est dilectio qua di-  
ligitur deus pp̄ter se et proximus pp̄ter deum.  
Comparata ad actum pp̄rium qui est vnire et adhe-  
rei diffinitur ab Augustino sic. Caritas est rec-  
tissima animi affectio cōiungens nos deo. Vel ca-  
ritas est virtus qua deo adherere et frui deside-  
ramus. Vel caritas est vita copulans amantem tu-  
amato. Comparata ad habitum sibi inunctum  
diffinitur ab apostolo. prima Thymothei. primo  
Caritas est finis precepti de corde puro et consci-  
encie bona et fide non ficta. Distinguuntur autem  
inter amorem dilectionem et caritatem. Nam amor  
competit rationabilibus et irrationabilibus crea-  
turis. dilectio vero et caritas tantum rationabili-  
bus. differt tamen dilectio et caritas. Nam dilectio

q̄ dicitur quasi de diuersis electio rationabilibus  
conuenit iustis sive iniustis. **C**aritas autem est  
solum iustorum. **E**cce autem in caritate pre ceteris  
virtutibus perfectio et dignitas. **N**am cum sit for  
ma virtutum non potest esse informis triplici ra  
tione. **Q**na est ex parte obiecti. idem enim habet  
pro obiecto et fine. **I**nseparabilis enim est a fine  
ratione cuius perfectio est in virtutibus quarum tu  
ad meritum. **A**lia est ex parte subiecti. **I**psa est cum  
regula rectificans voluntatem qua rectificata tota  
anima recte vivit. **T**ertia est ex parte cause. habet  
enim similitudinem cum spiritu sancto a quo est  
qui et caritas dicitur sive amor a quo inseparabilis  
est et ideo esse informis omnino non potest. **C**  
**Q**uartuor autem sunt ex ordine diligenda secundū  
**A**ugustinū. **N**um qđ est supra nos. scilicet deus.  
**A**ltercum qđ nos sumus. **T**ercium qđ iuxta nos  
proximus. Quartum qđ infra nos. scilicet huma  
num corpus. **H**orum autem sufficiencia sic sumi  
tur. **E**x caritate diligere est summum bonum op  
tare dilecto. **Q**ui igitur ex caritate diligit aut op  
tat summum bonum ipsi deo et sic est primum in me  
brum. **A**ut sibi ipsi et sic est secundū. **A**ut sibi simili  
et est tertium. **A**ut sibi inherenti et sic est quartum.  
**S**ed autem deus diligendus super omnia primo  
aperte se. **N**os secundo sub deo et p deo. **P**rimus ne  
tercio sicut nos et ex quo nos. qđ affectu et effectu

**A**d qđ nos quia in bono ppter qđ nos quia ppter  
deum. Quarto corpus nostrum infra nos et pxi/  
mum nostrum tamquam bonum minus precipuum  
**A**d hoc enim exequenda datur nobis unus carita/  
tis habitus et duplex mandatum in quo pndet  
uniuersitas noui et veteris testamenti **A**llignat  
autem Ambrosius alium ordinem diligendi - ut  
primo deum. secundo nosipos. tercis parentes.  
quarto fratres et filios. deinde domesticos. deinde  
inimicos diligamus . . .

**D**e prudencia. xl.

**A**dendum est de virtutibus cardinalibus.  
Et primo de prudencia de qua videnda sunt  
tria. scilicet diffinatio. specierum numerus et va/  
riatio actus. Prudencia ab Augustino libro de mo/  
ralibus ecclesie sic describitur. Prudencia est amor  
ea quibus adiuuat in deum ab h̄is quibus impe/  
ditur sagaciter eligens. **A** Gregorio sic Prudencia  
est rerum vitandarum et appetendarum. **A** Tullio  
tripliciter diffinitur sed sufficit una q̄ est in libro  
de requie mentis. Prudencia est rerum bonarum  
et malarum cum alterarum dilectione et reliqua/  
rum detestatione scientia. Partes sive species pru/  
dencie secundum Tullium sunt tres. scilicet Memo/  
ria. intelligencia. prouidencia. Memoria est per  
quam animus aspicit ea q̄ fuerunt. Intelligencia  
est p̄ quam p̄spicit ea q̄ sunt. Prouidencia est p̄ quam

futurum aliquid videtur antequam fiat **S**eneca  
concordat cum **T**ulio dices. Si prudens animus  
tuus tribus dispensetur temporibus, presencia or-  
dina, futura puidet, pterita recordare. Sed sedm  
dogma philosophorū. Prudencia diuidit in quatuor  
species. scz in prouidenciam circumspectionem, cautio-  
nem et docilitatem. Prouidencia est notio presens.  
futuru ptractans euentu. Circumspectio est contra/  
riorum viciorum cautela. Cautela est discernere a  
virtutibus vicia virtutum specie preferentia. Docil-  
itas est prudencia erudiendi impitos. Scdm autem  
torem in de spiritu et aia Prudencia habet plures  
actus Nam prudēcia scit quid debet facere. Item  
quid possit. Item prudēcia est in eligendis. Item  
prudencie est nichil penitendum appetere, et nichil  
preter iustum velle facere Scdm macrobiūm. Pru-  
dencie est mundum istum et omnia q̄ in mundo sūt  
diuinorum cōtemplatione despiceret et omnē ani-  
mi cogitationem in sola diuina dirigere. Prudēcie  
est ad rationis normam queq; cogitat queq; agit  
uniuersa dirigere, et nichil preter rectum velle vel  
facere humanisq; actibus tamquam racōnis arbit-  
rii puidere. Prudencie insunt, racio, intellectus  
circumspectio, prouidencia, docilites et agnitio.  
Item prudencie in homine iam purgato est dīna  
non solum in electione preferre sed sola nolle Offi-  
cium autem prudēcie est ex preteritis et p̄ntibus

futura perpendere. **Vnde** Boetius de Consolati-  
one. Non q̄ ante oculos situm est sufficit intueri.  
rerum exitus prudentia metitur. Circumspectio-  
nis officium est per diligentem considerationem  
inter contraria vicia medium tenere.

**C De temperantia. xlq.**

**A**ndenda sunt tria de temperantia quantum  
ad diffinicionem. Specierum assignacionem.  
et actuvm variaconem. Describitur autē a Cilio  
in rethorica sic. Temperancia est rationis in libidine  
nei atq; in alios non rectos impetus animi fir-  
ma et moderata dominatio. ab Augustino libro de  
moribus ecclesie sic. Temperancia est amor sese  
deo in integrum incorruptumq; conservans. A ma-  
trobio sic. Est nichil appetere penitendum. in nullo  
legem moderationis egredere. sub iugo rationis cu-  
piditatem domare. **P**artes temperantie sive  
species secundum Cilium in prima rethorica  
sunt tres. scilicet Continentia. clementia. modestia.  
Continentia enim est per quam cupiditas consilij  
gubernatione regitur. Clementia est virtus per  
quam animus in odium aliquius temere concita-  
rus benignitate retinetur. Secundum S: necam  
vero Clementia est temperantia animi in potestate  
vlscendi vel lenitas superioris in inferiorem in-

penis constitutendis. **M**odestia secundum **T**ulid  
**C**et pars p quā pudor honestatis puram et stabili-  
lem comparat autoritatem. **V**ocat autē hic autoritati-  
tatem stabilem gravitatem pluerantem. **S**edim  
dogma philosophorum. **P**artes temperantie sunt  
q̄ sedis motibus dominantur q̄ sunt **M**odestia. ve-  
re cunctia. abstinentia. honestas. moderantia. pe-  
ritas. sobrietas. pudicitia. castitas. **M**odestia est q̄  
facit cultum et omnē motum et omnē nostram  
occupacionem ultra dictum et circa excellum.  
**V**eracundia est in gestu et verbo honestatem ser-  
uare. **A**bstinentia est statutum terminum pran-  
dendi non preuenire. **H**onestas est nec laudiores  
cibos querere nec in apparatu operam dare. **M**o-  
derantia est nūnū ciborum appetitum rationis  
imperio reuocare. **P**ermitas est mensuram refectio-  
nis non excedere. **S**obrietas est excellum tempe-  
rare in potu cuius officium est arcere mala ebrie-  
tatis. **P**udicitia est moderamine rationis petulan-  
tiam domare. **C**astitas est abstinentia ab omni  
contu illicito. **C**astitas. scilicet q̄ est triple p. scilicet  
**C**onugalis. vidualis et virginalis. **V**irginitas  
secundum **A**ugustinum est in corpore corruptibili  
perpetue incorruptionis meditatio. **A**ctus tem-  
parantie secundum **A**ugustinum sunt contra pros-  
pera non presumere sed penitus obliuisci. **S**edim  
**M**acrobium. **T**emparantie est omnia relinquere

in quantum natura patitur et corporis usus re-  
quirit.

**C** De fortitudine. xliv.

**D**e fortitudine videnda est diffinatio specie-  
rum assignatio actuū variatio. Fortitudo  
secundum Cilium est considerata periculorum sus-  
ceptio et laborum perpessio. Sed in Augustinum  
in de moribus ecclesie. est amor omnia tollerans.  
Propter id quod amat. Partes fortitudinis sive spe-  
cies sed in Cilium sunt quatuor. scilicet Magnifi-  
tencia. fiducia. pacientia et pseuerancia. Macro-  
bius ponit septem partes fortitudini. scilicet  
Magnanimitatem. fiduciam. securitatem. Magni-  
ficentiam. Constantiam. pacientiam et firmitatem.  
Secundum vero dogma antiquorum. Fortitudo  
est virtus resiliens impetus aduersitatis. Huius  
partes sunt quecumque haec efficiunt. quae sunt. Mag-  
nanimitas est diffcilium spontanea et rationalis  
aggressio. Fiducia est certa spes animi producendi  
ad finem rem inchoatam. Securitas est habitus  
sed in quem imminentes incommoditates et rei incho-  
ate affines non formidantur. Magnificentia est  
magnarum rerum et excelsarum cum animi am-  
pla quadam et splendidissima ppositione vel agi-  
tatio vel administratio. Constantia est stabilitas  
animi firma et in pposito pseuerans. Pacientia  
est virtus contumelias et omnes aduersitates equi-

merit portio et  
alter partis et  
dilectio in rebu  
gloriarum. Per  
rein dene eodd  
quando. Sit au  
tertia sit pse  
talia. Nra qd  
gloriantia sit  
boni. Constanti  
tio in ppositum  
ut impotestorem  
Augustini. Unus  
latus ppoli. nra  
victoria timeret  
no ad ratione no  
**C**  
**D**  
Fiducia et  
assignatio ac  
Cato in Achaea  
anti militare serua  
rum Macrobius  
etiam idem dicunt  
lunardi. Item i  
la primo et deo.  
hunc societas h

miter portas: Sedm Grego. est illata mala eq̄ni  
miter ppeti et contra eum qui irrogat nullo animi  
dolore moueri. Indecia est utus p quā magnis et  
honestis in rebus multū ipse animus in se fiducie  
collocavit. Perseuerantia sedm Culini est etiam  
racōne bene cōsiderata stabilis et ppeua in bono  
puiansio Sic autē describitur magisterialitir Perse  
uerantia est pmanentia in bono diuturna sive si  
nalis. Nota q̄ constans est pmanentia in pposito  
pseuerantia est pmanentia in bono sive cōtinuacō  
boni. Constantia cauet leuem transitum de ppo  
sito in ppositum. pseu. rantia discontinuacōnem  
vel in pfectionem respondebiti finis Secundum  
Augustinū. Actus feritudoinis est contra aduersa  
facere qđ possit: constans esse in tolerandis: nichil  
vili turpia timere et quequid agimus vel cogita  
mus ad racōnis normam dirigere.

**D**e iusticia. pliū.  
**D**e iusticia videnda sunt di finies. Specierū  
assignatio actuum progressio. Diffinitur a  
Culio in Rechorica Iusticia est habitus animi cō  
muni utilitate seruata cuīq; tribuens suam digni  
tatem Maerobius Augustinus in libro de libera  
arbitrio idem dicunt differentes tantū terminis  
diffimendi. Item iusticia est sua cuīq; tribuere  
sibi proximo ei deo. Item iusticia est virtus con  
seruatrix societatis humane et vīte cōmunitatis.

**A**ugustinus in de moribus ecclesie. **I**tem iusticia  
est amor soli amato seruiens et ob hoc bene impe-  
rans ceteris q̄ homini subiecta sunt. a **Juristis** sic  
**J**usticia est constans et perpetua voluntas ius  
suum uniuersitatem tribuens. **D**iuiditur autem sedm  
aliquos in severitatem et liberalitatem. **S**eueri-  
tas est virtus debito supplicio coherens iniuria.  
liberalitas est virtus beneficiorum erogatrix q̄ p-  
affectu benignitatis pro affectu beneficentia no-  
minatur. et consistit hec virtus tota in tribuendo.  
**B**enignitatem vero diuidunt in septem partes.  
**I**n religionem. pietatem. innocentiam. amicitiam.  
reuerentiam. concordiam. et misericordiam. Alij  
diuidunt eam. in innocentiam. amicitiam. con-  
cordiam. pietatem. religionem. affectum et huma-  
nitatem. **S**ecundum autem Cilium in prima  
rethorica. Ad iusticiam pertinent. religio. pietas.  
gracia. vindicatio. obseruantia et veritas. **A**ddo  
pro nunc disciplinam et obedientiam. **R**eligio est  
q̄ superioris cuiusdam nature quam diuinam vo-  
rant curam ceremoniamq; affert. **N**ec grece dicit  
latria. **E**st enim latria cultus deo debitum et exhi-  
bitus vel latria est voluntas impendendi deo cul-  
tum debitum. **I**mpenditur autem cultus debitum  
deo corde. per fidem spem et caritatem. **O**re. per  
adorationem. laudationem. benedictionem et gra-

tiarum actionem opere per oblationem thurisi /  
cationem et genuflexionem. **H**uius officium pri-  
mum est perpetrati sceleris peniteri. **S**ecundum  
est temporum mutabilitatem p̄cipendere. **T**ercium  
vitam nostram ex toto deo cōmittere. **Q**uartum  
veritatem seruare. **C**Nota q̄ dulia idem est q̄ la-  
tria stricte et **P**roprie tamē sumitur pro reueren-  
tia sanctis sive personis sublimibus exhibenda.  
et sic describitur. **D**ulia est seruitus vel cultus crea-  
ture debitus vel exhibitus et videtur idem esse cū  
reuerentia posita in prima diuisione iusticie sic  
diffiniendo. **R**euerentia est virtus personis gra-  
ubus vel aliqua prelatione sublimatis debite ho-  
norificāonis cultum exhibens deo latrīa. sanctis  
dulia. virginī marie p̄per dulia debetur. **P**ietas  
est virtus per quam sanguine cōiunctis patrieq̄  
beniuolis officium et diligens exhibetur cultus.  
**G**racia est virtus in qua beneficiorum et amici-  
tarum alterius memoria et remunerandi volun-  
tas continetur seu retinetur. **V**indicatio est vir-  
tus per quam homines in aliqua dignitate cultu  
quodam et honore dignantur. **V**eritas est virtus  
per quam ea q̄ sunt aut q̄ ante fuerunt aut futura  
sunt immutata dicunt. **I**nnocentia est puritas aī  
iniurie omnē illationē abhorrens. hac virtute dī  
placant. **A**mititia est voluntas bona erga aliquē

causa illius qui diligitur cum eius pari intentio /  
ne a quo diligitur. **H**uius officium est idem velle  
et idem nolle. amicum secrete admonere et palam  
laudare. **C**oncordia est virtus cōpatriotas et con/  
tives in eodem iure et cohabitacione spontanee  
metiens. **M**isericordia autem est virtus qua ani/  
mus super calamitate afflictorum mouet. **H**ec vir/  
tus nichil humanum a se alienum reputat. **M**iorū  
damna vel communia sua estimat. **D**isciplina secū/  
dum Cipriani est morum ordinata correccio -  
et maiorum precedentium patrum regularis ob/  
seruatio. **S**ecundum Hugonem de sancto Victore  
**D**isciplina est conseruatio bō et honesta cui parū  
est malū non agere. sed studet etiam in hys q̄ bene  
agit per omnia irreprehensibilis apparere. **I**dem  
**D**isciplina est membrorum omnium motus ordi/  
natūs et dispositio decens in omni habitū et actio/  
ne. **B**ernardus. **D**isciplina ceruicem submittit  
superflua deponit. vultum componit. ligat ocu/  
los. phibet cachinos. moderat linguam. gulam  
frenat. iram cedat. format in celum. **O**bдientia  
sic describitur. **O**bдientia est voluntas faciendi  
superioris preceptum. **I**tem est obtemperantia  
sed in regulam sacre scripture maioribus quibusq;  
debita. **I**tem obedientia est spontaneum et racio/  
nabile proprie voluntatis sacrificium. **E**quitas  
est amor equalitatis in hys in quibus debet esse

equalitas. De  
potest animi n  
nitum. Superficie  
volumen. Inferior  
an. Ibi fons et  
mox compulsion  
Est in dulce et l  
pulchram polvit  
Iam ad deum d  
nichil aliud sit fol  
lum alio triam  
idem praeclaraq;  
uniusq; suum el  
et deinceps mente bona  
fusus imitando.

**C** **d**  
**I** Eptem sunt d  
rat. **N**aples da  
nas. confit. facit  
omnis dominii. **H**  
ab. **S**piritu san  
ctis. **A**dam sufficien  
tia. **G**rauelem diffi  
cilia. **P**ro. **I**psa. q; doceat q;  
complire sunt ad 17

equalitatis. De iusticia dicit prosper **J**ustitia est quedam animi nobilitas suam cuiusq; tribuens dignitatem. superioribus reverenciam. paribus concordiam. inferioribus disciplinam. deo obedientiam. sibi sanctimoniam. inimico pacientiam. misero compassionem. Secundum Augustinum. Actus iusticie est scire quod debeat reddere. non velle plusquam possit distribuere. omnem animi cogitationem ad deum dirigere et erigere. eumq; tamquam nichil aliud sit sola mentis acie contemplari. Secundum alios etiam actus iusticie ad unam consentire viam uniuscuiusq; virtutis obsequi non seruare vniuersitatem qd suum est reddere. Item cum superna et diuina mente sociari ut seruet cum ea perpetuum sedus imitando.

**D**e donis spiritus sancti. xl.

**S**eptem sunt dona spiritus sancti quae enuntia-  
rat **I**sayas duo. scilicet Sapientie. intel-  
lectus. consilij. fortitudinis. scientie pietatis et  
timoris domini. Habet autem videre de donis  
divinis quod spiritui sancto attribuuntur Tria. scilicet  
Specialem sufficienciam Singularem consisten-  
tiam. generalem in differentiam. De speciali suffi-  
ciencia Nota. quod dona spiritus sancti specialiter et  
principaliter sunt ad expediendas potentias a se

in agendo. **H**abemus autem expediri quātum ad  
declinacōnē mali et sic est donum timoris. **C**  
**S**tem ad comparacōnē boni. et hoc dupliciter.  
**V**iam aut est bonum necessitatis ad qd expeditum  
per donum pietatis cuius regūmen directuum est  
donum scientie. aut est bonum supererogacōnis ad  
qd expeditum per donum fortitudinis cuius rezi  
men est donum consilij. **N**ecesse etiam habemus  
quiescere in optimo et hoc quantum ad intellectū  
veri et quantum ad effectum boni primū per do  
num intellectus. secundum per donum sapientie  
in quo est quies. **A**d maiorem autem horum eui  
denciam attendenda est consistēcia actuum su  
gitorum. **N**ota igitur primo q sapientia cōmunit  
accepta dicit cognitionem generalem diuinarum  
rerum et humanaarum secundum Augustinum et  
philosophum qui dicit q sapiens est qui omnia no  
vit. **N**inus cōmuniter dicit cognitōem rerū eter  
narum. prīma Corintheorum duodecimo. Alij da  
tur sermo sapientie. id ē cognitio rerum eternarū  
**P**roprie autem dicit cognitōem qua colitur deus  
fide spe et caritate Job. xxv. **P**ietas ipsa est sapi  
entia. **N**agis pprie dici cognitionem dei expime  
realem et sic est unum ex septem donis sp̄is sancti.  
**C**uius actus consistit in degustando suavitatem  
dei. **Q**ui quidem actus est partim cognitius et  
partim affectius. ita q in cognitione inchoatur

et in affectione terminatur. **S**cience etiam tribus modis dicitur. Quedam est scientia consistens in intellectu pure speculativo fundata super principia rationis ut est scientia acquisita sive humana philosophia. Quedam est consistens in intellectu inclinato ab effectu. fundata super principia iuris naturalis ad rectam et honestam vitam ut est scientia prudentie virtutis. Quedam est consistens in intellectu inclinato a fide et inclinante ad operationem bonam. fundata super principia fidei habens originem a dono spiritualis gratiae ut est dominum scientiam cuius actus precipuus est dirigere in agendis secundum regulam fidei et iuncti consensu christi. **D**e dono intellectus tene quod eius actus consistit in contemplatione non solum traeatricis essentie veritatis in contemplatione spiritualis creature. Si quidem habetur cognitio de deo sub ratione veritatis tripliciter. scilicet per sensum simplicem et sic est fides faciens assentire. per rationis administrulum et sic est intellectus donum cuius est credita per rationem intelligere. Per simplicem contuitum est sic est mundicia cordis cuius est videre deum. Et enim ad intelligentium credita non adiuvatur homo per raciones sumptas a conditionibus. **C**oncilium tene quod consilium aliquando dicit actum consiliandi. Aliquando vero consilium dicit illud ad quod terminatur ille actus.

**A**liquando dicū habitum qui expedīt et dirīgit  
animam ad eligendū prosequenda et vitandum  
fugiēda. **H**abitus autem dirigens si sit respectu  
eligibilium q̄ sunt necessitatis ei prudēcia q̄ diri-  
git ad talia sed minus excellenter q̄ scienc̄ i q̄  
est dei domum. **S**i autē eligibilia sunt arduitatis  
et difficultatis sic est domum consili⁹ cuius est diri-  
gere in electionem p̄sequendorum et fugam vita-  
dorum vel secundum regulam iuris naturalis et  
sic est prudēcia. **D**e dono fortitudinis teneo q̄  
eius actus consistit in sustinēcia passionum. et  
aggressione ad duorum **A**lgredi autem a dūa sine  
ppeti passiones potest homo dupliciter vel ppter  
iusticie et honestatis conseruacionem et sic respicit  
virtutem fortitudinis vel ppter perfectam xp̄istī  
imitationem et sic respicit domum fortitudinis.  
**P**rimum est de dictamine iuris naturalis. **S**ed in  
de dictamine iuri⁹ diuini. **N**actus igitur fortitu-  
dini⁹ attenditur circa promptam et expeditam  
toleranciam passionum. **D**e dono pietatis teneo  
q̄ pietas attenditur erga deum et est idem quod  
latria. **E**rga parentes et est pars iusticie secundum  
regulam iuris naturalis. et secundum obligatio-  
nem necessitatis. **A**ttenditur et erga proximum  
dei p̄imagine insignitum. et sic est spiritus sancti  
domum. **S**ed nota q̄ misericordie virtus attendit  
en p̄imo conformatatem in natura et necessitate.

in miseria primo dictamine iuris naturalis secundum regulam prudentie. Pietas vero attendit in proximo diuinam imaginem primodictamine iuris diuini secundum regulam domi scientie. Ex dono ergo pietatis est homo beniuolus cuiuslibet creature de imagine insigne. **T**alis autem beniuolencia loco et tempore exit aliquando in compassione affectum, aliquando in operationis beneficium. **A**ctus igitur precipuus pietatis est sacere hominem beniuolum respectu cuiuslibet proximi in quantum gerit imaginem creatoris. **D**e dono timoris tunc quod eius actus generalis est resilire ab arduo. **E**t potest diffiniri dominis timor sic. Timor est resilio ab aliquo arduo et excellente. **S**i autem illud est in genere boni tunc est resilio cum reuerentia. **S**i autem in genere mali tunc est resilio cum fuga. **V**nde dicit Damasc. timorem esse expectatorem futuri mali. Augustinus autem diffiniens timorem dicit. Timor est fuga amini ne amittat id quod habet. Timoris domum tria intuetur. scilicet penam ut eam fugiat, et sic est timor servilis. Offensam ut caueat, et sic est timor initialis, qui unum oculum habet ad penam et unum ad offendit. Majestatem sumam ut ei reverenter subiaceat, et sic est timor filialis, cuius duplex est usq. unus in refugiendo offendit, ne separetur a deo. **A**lius est principalior in reuerendo deum, et iste

permanet in beatis. Distinguuntur autem sex trios  
differentie secundum quod a triplici principio habet or-  
tum. Habet enim ortum a natura. et sic est timor na-  
turalis. A libidine sive a concupiscentia. et hoc per  
ex nimio amore sui. et sic est timor humang. vel ex  
nimio amore suorum et sic est timor mundanus. Ha-  
bet etiam ortum a gratia et hoc vel a gratia gratis data  
et sic est timor servilis. vel a gratia gratificante  
sed inchoata. et sic est timor initialis. Aut a graci-  
a perfecta. et sic est timor filialis. et iste dicitur a  
mitabilis. quia timet voluntatum offensionem. Di-  
citur et castus. quia timet sponsi complexus separa-  
tionem. Filialis quia timet patris indignacio-  
nem Sanctus. quia timet in omnibus secundum indigna-  
tionem sed etiam inquinacionem. De donis spiritus sancti  
nota generalem dram. Nam quoddam donum est a  
spiritu sancto. sed non cum spiritu sancto. sicut est timor  
servilis in quo viget voluntas peccandi si impunitas  
separetur. Quoddam est a spiritu sancto et numquid sine  
spiritu sancto. sicut est donum caritatis et gratia gra-  
tificantibus. Quoddam est a spiritu sancto et potest esse cum  
spiritu sancto et sine spiritu sancto. sicut est donum propheti-  
e. et donum scientie et certe gre gratis date.

**D**e beatitudinibus et vita activa cum opere  
moraliter et de vita contemplativa cum oratione domini  
ca. p. fructibus. v. sensibus. r. l. v. ~

**S**epare sunt beatitudines. scilicet paupertas spiritus

militias. lucrus. esuries iusticie. misericordia cor-  
dis. et pax. **D**e quibus non tria. scilicet numeri sufficien-  
tiam. vite duplicitis excellenciam. usus duplicitis conse-  
quentiam. Sufficiencia sit summa. Virtudines sunt  
ad potentias aeneas pertinendas. Ad integrum per-  
fectionem tria requiruntur. scilicet perfectus recessus a malo.  
perfectus profectus in bono. et perfectus status in op-  
timo. **N**ulum autem a procedit ex timore superbie. a  
quo elongamur per paupertatem spiritus aut ex  
rancore malicie. a quo elongamur per iniquitatem.  
aut ex languore concupiscentie. a quo elongamur  
per lucrum. Perfectus autem profectus sive progressus  
in bono est sed in imitacione dominum. **N**unquam autem  
vite domini nostra est veritas que pro iustitia ponitur  
**D**eu si igitur iustum per iusticie esurie imitamur.  
deo vero misericordi. per affectum misericordie con-  
formamur. Perfectus status in optimo est per su-  
pidam cognitionem in verbo. et sic est misericordia cor-  
dis ad videndum deum. et per tranquillam affec-  
tionem in bono. et sic est pax mentis ad fruendum  
deo. Et nota quod habitus virtutum disponunt ad ex-  
ercitium vite activae. **H**abitus donorum ad ocium  
vite contemplative. **H**abitus vero beatitudinum  
ad perfectionem faciunt utriusque. **D**e vita itaque  
activa et contemplativa significatis per liam et  
rachel. per petrum et Iohannem. per martham et ma-  
riam. dicit **Veda**. Activa panem. vel esurienti

corporalem vel doctrinā ignorantis porrigit errantem corrigit. Superbum ad humilitatem reuocat que singulis expedienti dispensat. Contemplativa caritatem dei et proximi retinet. sed ab exteriori opere quiescit. Soli desiderio conditoris inheret et calcatis curis ad videndum faciem creatoris in ardescit. supernis tunc misericordia cupit. de eterna domini incorruptione gaudentibus. **E**cce autem triplex proprietas in utraque secundum quod mutuo se excedunt. Prima proprietas actiue est diligentia utilitatis vel necessitatis publice respectu rationalis. Secunda est caritas erga proximum et compatiue respectu concupisibilis. Tertia est fecunditas bonorum operum in augendo cum perfectio patientie respectu irascibilis. In his exceduntur contemplativa ab actiua. Prima proprietas contemplativa est cōtinuitate summe pulchritudinis summe maiestatis cum delectacione respectu rationalis. Secunda est quietus cum securitate respectu irascibilis. Tertia est mundicia cordis cum bonitate respectu concupisibilis. In his contemplativa excedit actiuan. Ad actiuan pertinent opera misericordie tam corporalia quam spiritualia. Non enim est substantia animata. ideo opus habet calido et frigido. et hoc per cibum. frigido et humidum. et hoc per potum. Est etiam substantia sensibilis opus huius coperimento remoto ut est hospitium. et propinquum.

ut est tegumentum. Item animal natum esse libe-  
rum hinc opus habet redempcione visitacione. scilicet in infirmitate. et cum sit mortalis opus ha-  
bet sepultura. **E**xceptum etiam sunt spiritualia  
quorum patet sufficiencia. homo tenetur defectis  
subleuare corporales et spirituales. **S**piritualis  
autem in proximo defectus aut possunt reuelari  
solum per deum. aut etiam per hominem. **S**i pri-  
mum tunc est oratio. **S**i secundum hoc distingui-  
tur. Aut defectus ille est in cognitiva ut ignoran-  
cia cognoscendorum. tunc est instruccio. **S**i est ig-  
norancia a iudiciorum tunc est consilium. **S**i vero  
sunt in affectiva. aut est culpa commissa in te. et  
sic est remissio. aut in aliis et sic est correctio. **S**i est  
pena. aut est reuelandus verbo. et sic est consolacio.  
**A**ut facto. et sic est susportacio. **A**d contemplati-  
vam pertinet oratio. de qua videndum est primo  
diffinitio. secundo graduum distinctio. et conten-  
ta sub ea oratio. **C**ontemplacio sic diffinatur. **C**o-  
templatio est verus certusq; contuitus de quatuor  
re. **S**ed a richardo sic. **C**ontemplacio est libe-  
ra mentis perspicacio in sapientie spectacula cum  
admiracione suspensa. **P**onit autem Bernardus  
sex gradus contemplacionis. qui sunt vacatio. intuitio.  
admiratio. dilectio. dilectionis. anhelacio. **A**ugus-  
tinus in libro de quantitate aie. viij. scilicet at-  
maco sensus. ars. virtus. tranquillitas. ingressio.

cōtencio. Consequenter est videntum de oratione quantum ad eius diffinicionem in gñali. Augg. diffinit sic. **O**ratio est pius mentis affectus ī deum. Idem **O**ratio est expressio desiderij directi ī deum. propter bonum adipiscendum vel malum ī mouendum formata per verbum int̄ius et ext̄ius. Item ingrālis **O**ratio est ostensio voluntatis nostre ei a quo speramus id quod desideramus impetrare. Item **G**regorius Veraciter orare est amaros genitus in compunctione non verba composita resonare. Sequitur igitur ad interēdum de septem petitionibus cōtentis in oratione dominica. Petenda quippe vel pertinent ad premium patrie. ad quod spectat intelligencia veritatis. sive aperta visio veri que ibi petitur. Sanctificetur nomen tuū. id est noticia tui nōis personis sanctis et mundis donet. Item reverentia maiestatis sive secura tentio lñni ardui. que reges facit et per quam habetur regnum. que petitur ibi adueniat regnum tuum. &c. Concordia voluntatis sive perfecta fructu lñni boni. que petitur. fiat voluntas tua. &c. Que spectant ad ineritum sive transitū vie. aut respiciunt collacionem boni. aut amociōnem mali. Primum petitur in pane cotidiano. sive superstantiali. ī quo petitur quicquid necessarium est ad conservaciōm vite presentis. tam secundum speciem q̄ secundum corpus. **A**mōcio

autem malū. petitur i<sup>r</sup> tribus sequentibus. **E**cce au-  
tem triplex malum. Quoddam tenet rationem p̄  
teriti. quoddam presentis. quoddam futuri. Siue  
quoddam est culpe siue transgressionis. quoddam  
pugne siue temptationis. quoddam pene siue tribu-  
lationis. Primum petitur amoueri in dimissione  
peccatorum. secundum in victoria temptationū  
tertium in liberacione aduersariorum. Perfecti-  
onem beatitudinum sequit' duplex usus scz quin-  
q; sensuum spiritualium. et duodecū fructus sp̄i-  
sensus spirituales sunt visus. auditus. gustus o/  
doratus et tactus. Visu videtur sponsi xpristi su-  
ma pulchritudo sub ratione splendoris. Auditu  
auditur xpristi summa armonia sub ratione verbi.  
Gustu gustatur xpristi summa dulcedo sub ratione  
sapientis verbū et splendorē. Odoratu  
odorat' odor xpi et summa fragrancia sub ratione  
verbi inspirati in corde. Tactu constringit' et pal-  
patur summa xpristi suauitas sub ratione verbi in/  
carnati inter homines habitantis. Fructus spi-  
ritus sunt caritas. gaudium. pax. pacia. longan-  
tas. benignitas. bonitas. fides. misericordia. mode-  
stia. continencia. castitas. Non sunt autem sensus  
negi fructus per se habitus sed fructus dicunt af-  
fectuales dilectiones circa bonitatem sponsi de/  
gustandam. Sensus vero dicunt affectuales p̄cep-  
tus circa veritate sponsi contemplandā q̄ corēplacō

suit in prophetis per reuelacionem: quantum ad  
triplicem visionem. scilicet corporalem. imagina-  
tiuam et intellectualem. In alijs autem viris iu-  
nis reperitur per speculacionem que icipit a sen-  
su et peruenit ad imaginacionem. de imaginacio-  
ne ad rationem. de ratione ad intellectum. de intel-  
ligentia ad sapientiam sive noticia excelluam et sit assi-  
stis vero salomonis. **D**e sacrementis in g̃e xlviij

**I**nvidendum est de tertio beneficio Ihesu  
xp̃isti. quod est medicinalium sanctorum.  
vel sacramentalis medicina. In generali igit̃ vi-  
dendum est de eorum institutione. diffinitione. or-  
dinacione. iteratione. sufficientia. excellencia.  
**I**nstitutionē sacramentorum deum decuit et nobis  
expediens fuit. Decuit ut misericordia dei preui-  
deret remedium. non solum per ea que faciunt ad  
remissionem culpe sed etiam pene. Decuit etiam  
iusticiam eius quod a nobis exp̃it h̃umiliationem  
aliquam quam exhibe nos per signorum sensibili-  
um observationem. Decuit diuinam sapientiam  
que in sensibilibus decreuit remedia inuenire. ex  
quibus contigit naturam hominis iterire. Nobis  
expediens sunt. quia eramus ceci quo ad rationa-  
le. ideo data sunt sacramentalsensibia ad erudit̃ez  
**Q**ām eram̃ elati quoad irascibile. id data sunt sac-  
menta corporalia ad humiliacionem. Qām eram̃ p̃ni ad  
malū quoad concupiscentiale. idco data sunt sacra-  
menta

ta plura ad exercitacionem. **Sacramentū** sic diffi-  
niū in sentēciis. **Sacramentū** ē inuisibilis grē visi-  
bilis forma ut eius similitudine gerat et causa ex-  
istat. **Hugo de sa-vic.** diffinit sic. **Sacramentū** ē  
materiale elementū subiectū oculis. similitudine  
repräsentans. institutōne signans. et sanctificatiōe  
grām conferens. **Ordinantur autem sic.** baptisim⁹  
et confirmacō. eucharistia. penitencia. extrema vnci-  
o. ordo. et matrimonium. **Prima** quinqz respici-  
unt personam. ordo et matrimonium ecclesiam.  
**Pater** autem ordinatio in primis. Nam baptisim⁹  
est ad vulnerum curacionem. Confirmatio ad tra-  
cionis habite conseruationem. Eucharistia ad ha-  
bite et conservate promotionem. Penitencia ad cu-  
racionis perdite recuperacionem. Extrema vnci-  
o ad venialium expiacionem quo ad culpam. et pe-  
ne debite parte remittendam. **O**. do vero est re-  
spectu personarum generantium spiritualiter.  
**Matrimonium** est generantium corporaliter. Et  
utraqz generatio est eccl̄sie in celo Maria ne deficit  
in gratia et natura. **Quatuor** autem sunt sacramē-  
ta que possunt iterari vel potius frequenter. scilicet  
eucharistia. penitencia. extrema vncio. et ma-  
trimonium. **Alia tria** non iterantur. quia in eis  
tres caracters idelibiles imprimuntur. quibz se-  
cundum diuersos statu s̄idei homines ab homi-  
nibus distinguuntur. **Nam secundum statum s̄idei**

genite. est caracter baptismalis. scđm quē fideles  
ab infidelibus distinguunt̄. Scđm autem statū si  
dei roborare. caracter cōfirmacōis est distinctius  
forciū ab iſirīmis. Scđm vero statū fidei iam mul-  
tiplicare est caracter ordinis quo clerici distingui-  
tur a laicis. Sufficiētia sacramentorū sic sumit̄.  
Sacramenta enim sunt medicamenta cōtra mor-  
bū. Norbus autem est duplex. scz culpe et pene.  
Culpe est duple. scz originalis cōtra quē est bap-  
tismus. Et actualis culpe que etiā geminat̄. qui-  
a qđam ē mortalis cōtra quam ē pīna. Alia venia-  
lis cōtra quā extrema vñctio. Norbus pene est q/  
druplex. scz ignorancie. cōtra quē est ordo. Malici-  
e. cōtra quē ē eucharistia. Infirmitatis. cōtra quē  
est cōfirmatio. Cōcupiscentie. contra quē est ma-  
imonium. Sacramenta etiā sunt adiumenta  
qz sunt adiutoriū septem ūtutum. Nā in adiutori-  
ū fidei ē baptismus. spei extrema vñctio. cātatis  
eucharistia. in adiutoriū prudencie ordo. tpancie  
matrimonium. fortitudis cōfirmatio. in auxiliū  
iusticie pīna. Sunt qđam sacramenta ornamenta  
sue armamenta ecclesie militatis. qz Can. iiiij. dī  
Terribilis ut castrorū aries ordinata. est quidē cō-  
ribilis qz fortis et munita p sacramentū cōfirma-  
cōis. Arie qz cōiuncta et unita sacramento eucha-  
ristie ordinata. per ordinē Ex hac acie quidā sub-  
trahūl p mortē ad quos restaurādos ē iurimoniū

Quidā cōsteret  
pīna. Hanc edit  
cōfīmā. qđā  
nā vñctio. O  
qz modia. s;  
ipollit. ppi t  
fīanā z sic bap-  
mario. ppi ge  
nīc ordo mīc  
**O** Bapti-  
tionē. s;  
fētū collaciōi  
vōi. Septiā lang  
fīanā ūtut vñ-  
ctio. ūtua dīlū  
vñc qz ūtua à  
vñct. Bapti-  
tū ūtua ūtore  
pī pro ūtare  
dīmīc. Dīmīc  
pīncipī. ūtūlū  
Cīangū hīc qđri  
spīat ad grām d  
dīlīnguit gregē d  
vñct ūtodiā qz  
dīlīngū mīcō. S  
līo. Bapti-  
lang

**Q**uidā cōsternunt̄ per culpā ad quos reſeuādos ē pīna. Hanc aciem qđam intrāt ut plient̄ et hoc p baptis̄mū. qđā egrediūt ut coronēt̄ et hoc p extre mā uincionē. **O**r̄ aut̄ unū sacramētū alid p̄cellere qnq̄ modis. s̄c p̄p̄ significatioēm et sic uirimoī ū p̄cellit̄. p̄p̄ cōtinētiā et sic eucharistia. p̄p̄ ef ficiā z sic baptis̄m̄. p̄p̄ disp̄elaōnē et sic cōfir matio. p̄p̄ gradus nobilitatē in quo hōicē pot̄ et sic ordo maior d̄e. **D**e baptismo. xlviij.

**D**e baptismo dicendū est quartū ad diffini tionē. significacionē. forme expressioēm. es fectus collacioēm. noīis distinctionē. et opis cōple cionē. **B**aptis̄m̄ ut ē nomē elemēti signatis z sc̄i fiantis ūtute verbi diffinit̄ a Hugoē sic. **B**aptis mus est aqua diluēnd̄ crīmībus sc̄ificata. **S**edim vero q̄ est actus à usus elementi. in sentēcijs diffi nit̄ur. **B**aptis̄mus est tinctio corporis extero. s̄cā sub forma ūborum p̄scripta. **S**edim autem q̄ acī p̄p̄ pro sacramento et re sacramenti q̄ est caracter diffinit̄ a Osmaseeno. **B**aptis̄mus est vite spūal̄ principiū. sigillum et custodia. et illūtatio mētis. Et tangit̄ hic q̄druplex carac̄tēris cōdīcio. q̄ enim p̄parat ad grām dei: d̄e vite spūalis p̄ncipiū. q̄ distinguit gregē d̄m: d̄e sigillū z q̄ in deabilit̄ ma net: d̄e custodia q̄ vero spūaliē disponit ad fidē: d̄e illūtaciō mētis. **S**edim q̄ accipit̄ p̄ laetūto diffini t̄ a d̄o. **B**aptis̄m̄ ē ūgna cōis lac̄ūtū sedim q̄ p̄g

subsistit in anima animales formans motus ad operacionem diuinorum eloquiorum et actionum et celestis reris anagogicarum iter facies In hac diffinicie tangitur res sacramenti que est anima gratiae vivificans cum dicitur secundum quod prius subsistit in anima. Tangitur etiam habilitatem potentiarum per virtutem primo quantum ad actuam cum dicitur formans animales motus secundo quo ad contemplationem cum dicitur et celestis rationis anagogia. Quatum ad significacionem nota quod in baptismo sicut in ceteris sacramentis est aliquid quod tantum est sacramentum sive signum signans ut elementum visibile. Aliquid est res tanta signata ut gracia curans. Aliquid quod est sacramentum et res significata ut caracter Forma quando puer immergitur hec est. Ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Hec forma debet exprimi sine omissione sine interpolatione vocabuli sine preposteracione ordinis iam dicti et sine communione nominis prenotati vel per nominati. Effectus autem qui recipitur in baptismo ab homine humiliter accidente est characteris impressio gracie infusione innocencie restitutio celi apercio. Gracia inquit infunditur regnans. criticans et purificans a culpa originali actuali tam mortali quam veniali absoluens a pena eternali et ab omnini pena satisfactoria temporali. Distinguit autem

triplex baptisma  
luminosum et sa-  
cramentum et purifi-  
cans a culpa et  
penitentia et purifi-  
cans a baptismus  
cum nos deficiant  
intacto ex simili-  
tudine et sanctificatio-  
ne integratim sac-  
mentum. Quan-  
ta tanquam prepara-  
tio in precordio et adiu-  
tante spiritu sancto  
ad quantum ad et  
terrena intentio et  
fatuus depositum.  
**C**ontra ob-  
jectum. Ita confirmem  
tria. dispropria-  
tum est. Consig-  
nare salutem In i-  
nstante baptismi regni-  
tur accusatio. q-  
uia ad robur fidei  
est. Et quantum ad  
tempore fundatur in

triplex baptis̄mus inuenit̄ur. scilicet. flaminis.  
fluminis. et sanguinis. In baptismo flaminis q̄  
est per penitentiam et spiritus sancti graciā pu-  
rificamur a culpa. In baptismo fluminis purifi-  
camur a culpa et satisfactoria pena. In baptismo  
sanguinis purificamur ab oī miseria. Non sūt au-  
tem baptis̄mus flaminis et sanguinis sacramēta  
cum eis deficiant que h̄nt sacramēta. scilicet repre-  
sentatio ex similitudine. significatio ex institutōne  
et sanctificatio ex prolatione verbi. Quantum ad  
integritatem sacramēti sufficiunt verbum et ele-  
mentum. Quantum ad solempnitatem premit̄  
tur tanq̄ preparatoria cathecismus et exercitium  
